

sicut est bonum in communi; bona autem particularia mutabiliter vult, & mutabiliter etiam representantur; sed si eodem actu, & comprehensione, qua representatur bonum in communi, accipitur bonum particulare, & voluntas eodem actu, & impetu quo fertur in finem in communi, fertur in bonum particulare; tam in flexibiliis erit circa particulare, cui semel adheret, quam circa bonum in communi cui naturaliter affertur, unde illud motuum, quo semel determinat aliquid eligi, non potest mutari in Angelo in contrarium, sed manet quoad illum ita immobilis, & bonum in communi.

Hæc, & alia valde implexa, & difficilia tibi congerit hic Actor pro defensione rationis S. Thomæ, quæ quidem si vera sunt, optime tenet instantia Doctoris adducta, quod iuxta hanc doctrinam non tantum voluntas Angeli esset immobilis post primam electionem ex pleno iudicio securam, sed etiam in ipsa prima, vel ante primam; cum enim voluntas reguletur per intellectum, & hic non tantum post primam electionem, sed etiam in ipsa prima, vel ante illam eodem modo immobiliter obiectum representat, sicut post primam electionem non habet voluntas circa illud libertatem specificationis, sed tantum exercitii, quia proponitur obiectum absque ulla malitia admixta, sicut bonum in communi: ita quoque erit in ipsa prima electione, vel ante illam; adeoque circa tale obiectum, & bonum particulare nunquam voluntas habebit libertatem specificationis, & sic eodem modo immobilis erit in ejus complexu tam post primam electionem, quam antea, cujus oppositum asserunt D. Thomas & Thomistæ, quia talem inflexibilitatem admittunt in voluntate Angelicâ solum post primam electionem, & deliberatum iudicium, non autem antea.

105 Granadus tract. 14. disp. 2. pro tertia ratione S. Th. ait accipiendum hoc esse rigorose, sed per quandam convenientiam, quæ manducat nos ad intelligendam inflexibilitatem voluntatis Angelicæ, desumitur autem inde quod nos intellectus in multis potest errare, Angeli vero ratio; unde nos quoque possimus frequenter mutare sententiam, Angeli vero non nisi raro; experientia enim compertum est, quod aliquis est sapientior, & melius considerat quæ facturus est, eò difficilius mutare deinde propositum; quia est occurrat postea aliqua nova ratio, contentum, eò quod dicit, iam fuisset antea bene considerata; quare cum Angeli ex perfectissima consideratione eligant, non possunt postea mutare voluntatem; quo etiam sentit Lezana tract. 6. disp. 9. q. 2. & alii Recentiores rationem D. Thomæ intelligunt, ac interpretantur.

Resp. hoc tantum probare, quod diximus n. 96. Angelos, scilicet, non esse ita facile sententiam mutationi obnoxios, sicut homines, non autem physice: ac etiam interdu de facto eam mutare nequeant, ut contentum rigidiores Thomistæ; idque tantum convincit exemplum adductum de sapientibus hominibus raro sententiam mutantibus, eò quia ab initio omnia exactè considerant; ubi etiam advertendum est prudentiores difficilius mutare sententiam, non quia eorum voluntas firmius postea adheret electioni jam factæ; sed solum quia post prudentem considerationem maturè habitam, difficultius occurrunt rationes, quæ ostendant melius esse contrarium; quæ quidem tota difficultas, ut optime notavit Arriaga loc. cit. est etiam ante ipsam electionem; nam sicut postea non amplius voluntatem mutant, quia semper res illa apparet ei magis bona, ita ob eandem rationem ad eam voluntatem pte. alia etiam ab initio sunt quoadmodò necessitati; unde non major postea est necessitas permanendi in ea voluntate maioris boni, quam illud eligendi ab initio; & tantam difficultatem habere ab initio in non eligendo minori bono ob rationem maioris boni, quam postea in mutanda voluntate circa illud, quando ab intellectu proponitur, ut majus bonum; licet enim absolute loquendo possit voluntas minus bonum eligere relicto majori, ut dicitur est disp. 6. de anima, tamen ordinatè, & regulariter amare solet, quod hic, & tunc, ut majus bonum, & vehementius proponitur, præsertim in ordine ad prudentem operantes; etenim ad hunc finem consultationes fiunt, & deliberationes ordinantur, ut cognoscatur quale fit majus bonum, quo agnito voluntas illud eligi potestur.

106 Tertiò arguitur ratione Henrici esse efficaciam voluntatis Angelicæ desumptam voluntas quo perfectior est, & liberius eligi, eò vehementius, & majori affectu adheret rei electæ; sed voluntas Angeli est perfectissima, & liberissime eligit, quia non ducitur passione, nec ex ignorantia, sed ex sola bene determinata: ergo eligendo ita affertur, seu infigitur rei electæ, ut ab illa non possit amplius dimoveri; minor patet, probatur major ipsamet experientia, videmus enim, quod quæ voluntas eligit ex perfectissima consideratione, & plenissima deliberatione, non respicit postea, sed valde firmiter tenet.

Respondet Doctor falsam esse majorem, quin potius, quò liberior est voluntas, eò magis potest affectum suum remittere, vel incedere; & si summo conatu fertur in obiectum, non proinde cogitur deinceps semper in eo permanere, sed adhuc

poterit illum remittere, ac etiam ab eo totaliter cessare, ratio est, inquit Doctor, quia sicut non est in potestate agentis naturalis ejus actio, nec modus agendi: ita ex opposito in potestate agentis liberi est, & actio, & modus agendi: idcirco non necessitatur voluntas, nec ab initio actionis, nec in ejus continuatione, ut totam se immergat in obiectum, illud amando, vel odio habendo; sed in potestate ejus est agere, & ab actione destitit, sicutque, vel sic agere remittit, vel intensè, quæ Angelica voluntas, quantumcumque agat ex plena deliberatione, & perfectissima scientia nunquam cogitur, ut se totaliter immergat in obiectum electum, adeo ut inde dimoveri non possit ad probationem majoris jam dictum est ita regulariter contingere, non quia voluntas agens ex plena deliberatione, & perfectissima scientia adheret rei electæ firmius, & tenacius; sed quia post prudentem, ac maturam considerationem difficultius occurrunt rationes, quæ suadent contrarium melius esse, imò re bene pensata experientia docet actus, quò minus sunt liberi, & deliberati, eò minus esse in potestate nostra, & difficilius a voluntate impediri posse, ut constat de motibus primò primis; unde consequenter dicendum est voluntatem Angelicam minus mutabilem esse in actibus minus liberis, & deliberatis, quam in aliis: ex quo clarè constat rationem allatam potius probare oppositum illius, ad quò inducitur.

Dices, efficaciam voluntatis Angelicæ est summam, & perfectissimam; ergo cum inclinatur in aliquod obiectum, inclinatur cum summo pondere, conatu, & efficaciam, ita ut amplius non possit fargere, nec alio applicare voluntatem. Respondet; si argumentum valeret, probaret etiam Angelum semper manurum in ea voluntate, quam semel habuit ex plena deliberatione, & nunquam ab ea cessare posse, quod nec etiam Adversarii ipsi concedere audent, dicunt enim inflexibilitatem Angeli non consistere in immobilitate actus quoad exercitium, quasi ab eo cessare nequeat, sed quoad specificationem: Cum ergo dicitur efficaciam Angelicam voluntatis esse summam, vel intelligitur Angelum, cum agit ex plena deliberatione, necessariò habere actum intensissimum, & sic est fallum, quia potest habere intensum, vel remissum, ut et sic, & quando habet intensissimum, & summo conatu fertur in obiectum, potest ab eo actu cessare: ac præterea alia considerate, per quæ ab illo amore dimovetur, & ad aliam actum etiam oppositum fertur; quod si per summam efficaciam intelligitur summa necessitas, & immutabilitas Angelicæ voluntatis in modo agendi, quando agit ex plena deliberatione, tunc est manifestè principii petitio, quia assumitur, quod est in contraria.

Quartò arguitur alia ratione ex D. Thom. deducta 4. contrat. 3. Genes. c. 49. Angelus immobiliter adheret ultimo fini, quem sibi destinavit: ergo adheret etiam immobiliter mediis ad illum ordinatis, & consequenter circa nullum obiectum perfecte apprehensum sua potest mutare voluntatem, quia nec; circa finem, mutatur neque circa media: consequentia patet, quia intentio finis ultimi est principium omnium aliarum electionum; probatur adsumptum, nam illud tantum obiectum immobiliter voluntatem, in quo nulla apparet ratio mali, & totaliter explet capacitatem ejus, hujusmodi autem solus est ultimus finis.

Resp. primò negando assumptum cum ejus probatione, tum quia nec Angelus ponit suum ultimum finem in quocunque obiecto à se amato, tum quia potest pro libito tam in hoc, quam in illo obiecto creato suum ultimum finem constituit, & cum nullum obiectum creatum capacitatem Angelicæ voluntatis possit totaliter explere, nullum poterit ipsam immobiliter; Deinde negatur etià consequentia, tum quia nec Angelus omnia quæ vult, vult propter ultimum finem, unde saltem circa alia obiecta voluntatem mutare potest; tum quia pro consecutione ejusdem ultimi finis potest hoc, vel illud medium eligere, unde saltem circa mediòrum electionem poterit voluntatem mutare, manens in eadem finis intentione: Dices, quod Angelum in hoc vel illo bono suum ultimum finem, ac beatitudinem constituit, provenit ex dispositione subiecti juxta Arist. 3. Ethic. c. 8. qualis unusquisque est, talis finis videtur: ergo quando Angelus aliquid sibi determinat appetendum, ut ultimum finem, ex aliqua peculiaris dispositione in illum ducitur: talis autem dispositio in ipso immutabilis est: hæc enim est apprehensio intellectus, qua statim ab initio in contemplationem boni pervenit; ergo in fine, cui primò adheret, immutabiliter permanet, & consequenter in ordine ad illum temperat; & ita immutabilitatem habet etiam in electionibus suis. Respondet negando minorem subtilitatem, potest enim mutari apprehensio finis, quæ voluntas impare potest intellectum, ut cesset ab illa, ac etiam alia consideret, per quæ ab illo amore dimovetur, & ad aliam fertur: quin etiam libertas ipsa voluntatis sufficit ad illam mutationem affectus, utiam nulla facta in intellectu mutatione; quia saltem in via, & in pura natura nequit dari iudicium intellectus, quod voluntas necessitate imponat ex dictis disp. 6. de anima saltem quoad exercitii, de quo argumento videri potest Valq. disp. 235. cap. 5. ubi etiam re licit quandam aliam Tho.

Thomistarum explicationem, qua suadere nituntur dari in Angelis talem naturæ dispositionem, quæ immobiliter adheret rei, quam semel elegerunt.

109 Quintò tandem arguitur, voluntas Angelicæ proximè accedit ad divinam; sed divina ob suam perfectionem est immutabilis circa obiectum, quod semel elegerit, ergo etiam voluntas Angelicæ. Deinde urgent alii, proprium est superbiorum suæ sententiæ mordicus adherere, nec agnoscere se male egisse, sed Dæmones sunt superbissimi, ergo sententiam mutare nequeant.

Respondet ad primum negando paritatem; immutabilitas enim est propria divinæ voluntatis, in qua sicut nullum cadit inconstantiam virtum, ita nulla mutabilitas ex dictis n. 92. non ergo ex hoc capite attendi debet perfectio Angelicæ voluntatis supra nostram, sed ex aliis capitibus. Ad aliud, si argumentum valeret, probaret solum de malis Angelis, non autem de bonis: sed neque id sufficeret probat de malis, quia superbia potius infert tenacitatem iudicii, quam voluntatis, quatenus superbus non vult videri le in iudicio errasse; quod si contendas inferre quoque tenacitatem voluntatis, planè ex hoc capite Dæmon tam tenax esset sui propositi in actibus omnino deliberatis, quam in aliis, quod Adversarii non concedunt: ratio est, quia quantum ad superbiam atinet, patum refert, quod actus sui plenè deliberatus, vel non; enim superbus se ostendat sui propositi tenacem, etiam in semel deliberatis voluntatibus solet obstinatè manere.

QUESTIO SEXTA.

Quo pacto Dæmones torquantur ab igne corporeo.

110 Etum et Dæmones in inferno ab igne torqueti, hoc enim expressè ex sacra colligitur Scriptura, non solum in locis, ubi absolute fit sermo de igne inferni pro omnibus damnatis, sive malis spiritibus, sive improborum hominum animalibus, sed etiam in speciali pro Dæmonibus, ut Matth. 25. *Ita maledicti in ignem æternum, qui parati est in Diabolo, & Angelis eius, & Apoc. 20. Diaboli miles est in flagnum, & ignis, & sulphuris.* Est item constantissima, nedum Scholasticorum omnium, uno excepto Cassiano, sed etiam Patrum sententia, ignem inferni non solum metaphoricè, & spiritualiter intelligi, sed etiam verè, & corporaliter, quamvis enim nomen ignis in terdum in sensu alio mistico sumi possit, artamen loca Scripturæ, & Patrum adeo crebra sunt, & sepe reiterata, ut non nisi de verò igne exponi possint juxta commanem regulam, quod verba Scripturæ sunt proprie intelligenda, ubi nullum sequitur absurdum. Et probatur ex August. lib. 27. de Civit. Dei. 10. ubi quamvis dicat illum flammam, quæ refertur Lucæ 16. in qua cruciabaturs dives ille cenferi posse spirituales, ac metaphoricè dictam, sicut lingua, digitus, humor, quem in linguæ refrigerium desiderabat, aserit tamen illa verba Matth. 25. intelligi de igne corporeo, quò Dæmones alligantur, & cruciantur, cum inquit. *Dicimus quoniam in miris, veris tamen modis spiritus incorporei posse pœna ignis corporei affligi, quod declarat exemplum, quæ etiam spiritualis fit, potest adhuc corpori alligari, namque formam, ut refert Doctor 4. disp. 44. q. 2. in argumentis ad oppositum quætionis, ubi etiam asserit testimonium Gregorij 4. Dialog. c. 30. dicens, si Diaboli ejusque, Angeli cum sint incorporei, corpore sunt igne cruciandi, quod mirum, si anima antequam recipiant corpora, possunt corpore sentire tormenia.* Quibus etiam adduntur Beat. Iustianus de callo conubio c. 16. Nissen. *tract. de anima, & resurrectione ante medium, Hugo de S. Victore c. 3. & 4. in epist. ad Theophilum.* Origines lib. 2. Peristach. r. 1. & alii Patres; & quidem consuetudo ex verbis Scripturæ allegatis est valde efficit, quoniam dubitari non potest, quin ignis, quò crucianda sunt improborum hominum corpora, sit corporeus, ut docet August. loc. cit. sed Scriptura loquitur tanquam de eodem igne pro corporeis, & animalibus, cum dicitur Mat. 25. damnatis hominibus cum corporeis assumptis, *ite in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.* Et quamvis Damascenus lib. 4. de fide c. ultimo neget ignem inferni esse materiale in instar huius nostri, & Ambrosius lib. 7. in l. ac. 21. 4. explicet ignem inferni per multam delictorum, benignè sunt hi Patres interpretandi, quod solum ab inferno excludere voluerint ignem nostratem igni materiali subinfiltratione, & alimento indigentem; ille enim sine alimento perpetuus est, vel explicandi sunt de effectu, què ignis ille in spiritualibus causat substantias, vel quod illum immaterialiter vocent, eò quod abique pabulo duraturus sit æterno tempore ad instar rei spiritualis.

111 Ex hoc tamen dubitant aliqui, an ignis ille sit eisdem speciei cum hoc nostro igne elementari, quod communiter etiam tenetur esse eisdem speciei, quod ex ipsa nominis proprietate coniecare licet, alioquin scriptura verbo valde æquivoco uti fuisset, & in significatione nobis incognita; Neque obstat,

quod ibi pabulo non indigeat, nam & in propria sphaera etiam à Philosophis ponitur alimento non indigere; nec minus obstat, quod nosser ignis suapte natura sublimior emicat locum, cum facile sit divinæ virtuti in infimo loco eum cohibere ad damnatorum cruciatum. Restat ergo sola Scholastica controversia de modo, quo possit corporeus ignis spiritus torquere, & ratio dubitandi est, quia ignis corporea qualitate torquet procedendo in eis quandam dolorescram sensitivam, quæ corruptum proprium sensum temperamentum, cuius capax non est spiritus. Confirmatur, quia, vel torquet spiritus procedendo aliquid in ipsi, vel non; si secundum, planè in intelligibile est, quomodo illos torquet nihil in eis disconveniens producendo; si primum, adhuc urgetur; vel productum in ipsi est aliquid spirituale, vel corporeum; non secundum, quia spiritus accidentis corporei est prolix incapax; neque primum, quia agens corporeum non nisi rem corpoream producere potest; tum quia accidens incorporeum potius spiritum perficeret, quàm cruciaret. Cui difficultati aliqui omnino cedentes fatentur huius rei nullam profus reddi posse rationem, pro se Augustini testimonij proferentes 21. de Civit. Dei. c. 10. dicens, *miris, veris tamen modis posse incorporeos spiritus pœna corporei ignis affligi.* Sed D. August. ibi intendit solum huius rei rationem certam, & evidentem assignare non per se, quod in aliis Theologiæ mysticis non semel evenit; quare sicut in eis non itam Theologi difficultati succumbunt, sed rationes saltem probabiles vestigatæ fatagunt; ita quoque procedere debent in presenti mysterio; quare nos pariter in proposito varios expendimus dicendi modos potiorum eligendo, & probabiliorum. Quoniam verò hæc apud nos in cruciatu ignis reperitur, scilicet, læsio in corpore, quod adurit, dolor in sensu tactus, dolor item, & fuga in appetitu sensitivo, & tandem fuga, & tristitia in voluntate rationali, quæ est duplicitia de malo, quod corpus patitur: certum est præsentibus Dæmones ab igne sensibilibiter non cruciari, quæ ab eo patitur corpoream læsionem, aut dolorem sensibilem, qualem homo patitur in sensu tactus, & in appetitu sensitivo; cum enim spirituales sint, & incorporei, non sunt talis læsionis capaces, nec enim potest spiritus substantia calefieri, aut in partes dividi, vel consumi, sicut corpus; nec pariter dolorem sentire, cum sensus non habeat, nec denique dolorem sensibilem appetitus, cum eo careat; ex quo tandem deducitur nec Dæmonem, nec animam separatam quoad hæc, eò modo ab igne torqueti, quò anima cruciatur, quod est in corpore, aut homo ipse ex anima, & corpore constans; qua de causa ad id declarandum vtili excogitata dicendi modi.

ARTICULUS PRIMUS.

Deo dicendi modi examinantur, & reselluntur.

112 Primus dicendi modus à Scoto relatus loc. cit. ab initio quætionis est quorundam asserentium Dæmones non torqueti ab igne per veram actionem realem ob rationem dubitanti assignatam, sed solum per apprehensionem; quæ apprehendunt ignem, ut sibi disconvenientem, & nocivum, quod probant ex Greg. cit. 4. Dialog. dicente spiritum torqueti ab igne videndo tantum, & aspiciendo, cum inquit, *eo patitur, quo videt, & quia cruciari se respicit, cruciatur.* Confirm. ex Avicena. 9. Meth. c. 7. ad finem, ubi exemplificat de somno, & quod aliquis aliquando magis cruciatur in somno ex apprehensione phantastica alicuius rei disconvenientis, quam affligeretur in vigilia ex reali præsentia eiusdem. Tandem potest Dæmon in vigilia complacencia gaudere de re impossibili apprehensa, ut possibilibus ergo patitur tristari poterit de igne, ut nocivo apprehensio, etiam si respiciat sibi nocivus non sit; Ex quo deducunt cruciatum nostratum, dum est in corpore quantum ad dolorem, & tristitiam voluntatis, quia dicunt fieri potius à Deo, ut eadè cognitio, & apprehensio in intellectu Dæmonis constituat, quæ est in intellectu animæ convinctæ, hoc est apprehensio ejusdem læsionis, & passionis corporeæ, led sensitivæ; quamvis enim hæc læsio, & passio ab igne efficiatur tantum in corpore animato, nec effici possit in spiritu separato; tamen videtur fieri posse, ut detur similis apprehensio in intellectu Dæmonis, ac si vera eam læsionem, & passionem lubire; ex qua apprehensione utique resularet similis cruciatus in voluntate Dæmonis, ac animæ separatae, sicut animæ corpori conjunctæ; quam opinionem Recentiores alij, ut Averis *quæst. 54. sect. 7.* & alij nedum Alberto, ac Egidio adhibent, sed etiam Scoto, & D. Bonav. 4. disp. 44. par. 2. art. 2. ubi alij per divinam omnipotentiam fieri, ut Dæmones calorem ignis horrent, ac si eum parerent, quamvis re vera eum pati non possint, & sic in ipsis adimpleri illud, *respicaverunt timore, ubi non erat timor.*

Sed quamvis D. Bonav. in superficie læsionis huius sententia favere videatur, quem tamen ex professo defendit Brantius.

castus *disp. 26. q. 6. art. 2.* de quo infra n. 151. Scetus tamen pro
 omnino citari non potest, quandoquidem illam ex instituto
 refellit *loc. cit. 4. disp. 4. q. 2.* ab initio questionis, & illis eisdem
 rationibus, quas præfati recentiores adhibent ad eam
 repellendam; arguit enim sic, apprehensio illa aut est vera,
 aut falsa; si vera opus est assignare modum illius disconvenientie,
 quod non apparet possibile, nam ex natura sua ignis non
 est contrarius, nec offensivus spiritus, nec minus esse potest dis-
 conveniens in ratione obiecti, sed potius coveniens, obiectum
 namque ut obiectum, est conveniens potentie, ut potentie;
 nec est igitur ignis ei disconveniens, nec disconvenientia reali,
 nec obiectiva; si vero est falsa apprehensio; sequitur primò, quod
 non ab igne, sed à sua falsa æstimatione cruciatur, quod est in-
 conveniens, quia sicut nullus falsa opinio est beatus; ita nul-
 lus est falsa opinio miser ex August. Deinde vel falsa illa æsti-
 matione est à Deo, vel ab ipso Angelo, non primò, quia tunc
 Deus diceretur immediata causa talis deceptionis; neque secun-
 dum, quia secundum Dionysium de divinis nominibus natura-
 lia in eis sunt splendidissima: ergo possunt apprehendere natu-
 rali, ignem eis non esse disconvenientem. Denique juxta
 hanc opinionem dicendum esset solam phantastica imaginatio-
 nem spiritus ab igne torqueri, qualiter homo torquetur in fo-
 plane non salvat modum loquendi Scripturarum, & Patrum;
 nã Lucæ 16. & Apoc. 14. ignis ille dicitur cruciare Matr. 3. com-
 burere 2. ad Thesal. 1. dare vindictam. D. Greg. illum ignem ap-
 pellat non phantasticam imaginatio, sed ultionem solida crucian-
 tem. D. August. eum cruciantem, veris modis, Cytillus in *entem*,
 & concitamentum, Cyrtianus, & Iustinianus, cruciantem, & *ere-*
 mantem, ac lialas tandem *cap. 4. ignem devorantem.*

134 Neque rationes in oppositum urgent, non quidem prima ex
 auctoritate D. Gregorii deducta, etenim in illo eodem loco ne
 videretur eo loqui de modo docere sola apprehensione ignis in-
 formaliter rebelles spiritus cruciare, addit, quod anima non solum
 videndo, sed etiam experiendo incendium paritur. Ad 2. non valet,
 quia ignis infernalis est eodẽ modo phantastica imaginatio, sed
 solida ultio spiritus cruciatur; neque exemplum Avicennæ
 est ad rem, alioquin tormenta illa vera non essent, sed formata;
 quia quia cum imaginatio sit potentia corporea, nequã Angelo,
 neque in anima separata sicut imaginariæ visiones, sicut in
 anima coniuncta somniant: & ad summũ dici potest animam
 separatam eo modo ab igne torqueri, quatenus cognoscit se ad
 corpus reditum post diem iudicii, & tunc vehementer pas-
 suram, à quo timere vehementer tristatur. Ad tertium negatur
 consequentia, vel enim Dæmon trahitur de igne apprehensio,
 ut propria nature disconveniente absolute, vel ex hypotesi,
 non primo modo, siquidem talis error in intellectu Angeli-
 cum cadere nequit circa naturalia splendidissimum; secundum
 vero modum sufficeret solam ad inspicendum simplicem dis-
 plientiam de igne apprehensio, ut nocivo tantum ex hypotesi, hæc
 autem satis non est ad explicandum acerbissimam ignis pœnam
 à Patribus, & Scriptura infusuram. Ad illud tandem, quod ad-
 debatur fieri postea à Deo, ut eadem cognitio, & apprehensio in
 intellectu Dæmonis constituitur, quæ est in intellectu anime
 coniunctæ; hoc est, apprehensio eiusdem læsionis, & passiois
 corpore, atque ita eadem in voluntate cruciatur; negatur hæc con-
 sequentia, quia huiusmodi cruciatus in voluntate nostra non
 oritur ex sola apprehensione læsionis corporalis, quæ utiq; esse
 potest in Dæmone, nam, & Angeli boni possunt de tali obiecto
 cogitare absque ullo cruciatus, & etiam homo cogitare solet de
 tali læsione, etiam si eam non patitur, neque ob id cruciatur,
 ita cruciatus ille in voluntate nostra oritur ex cognitione iud-
 dicativa, quia quis cognoscit se pati læsionem ab igne; & licet
 hæc apprehensio possit homini in somnis, ac etiam in amentia
 contingere, licet reipsa non combatur; non tamen Dæmoni
 optime scienti se talem læsionem ab igne pati non esse, tum
 evidentiter sciat se nec esse corporeum, nec corporis formam, at-
 que adeo talis læsionis esse prorsus in capaxem.

135 Secundus dicendi modus à Scoto relatus *loc. cit.* est Hæntici
 quib. 8. q. 34. affirmatis Deam imprimere spiritui qualitatem,
 quæ redditur capax ignis ardoris formaliter cruciantis. Quem
 etiam Doctor refellit, quia vel hæc qualitas est corporea, vel
 spiritualis, si corporea, eadem est ratio de ipsa, ac de qualitate
 ab igne procedenda, quia æqualis est repugnantia utrobique; si-
 sciens autem ab susceptum, si spiritualis, ergo non per illam magis
 est passum proportionatam corpori, ut agens, quam esset prius
 quæ fuit ratio dubitandi adducta ab initio questionis. Confiti-
 quia dato etiam, quod per qualitatem superadditam redderetur
 spiritus capax corpore calore & ignis, non ob id fieret capax do-
 loris, & corpore læsionis, hæc siquidem supponit repugnantiam
 motu, cuius destructiva est qualitas dolorifera ab obiecto dis-
 conveniens causa, quod quidem temperamentum in Ange-
 lis locum non habet. Dixerunt aliqui apud Durandum *4. disp. 44.*
 q. 11. saltem in anima humana, dum à corpore separatur, reman-
 nere potentiam sensitivam saltem inchoatam, quibus sensibilibus

pati possit, quod, & probabile putat Coninch. *disp. 11.* de Purga-
 torio *lib. 2. m. 32.* quia sicut quædam in corpore ab eo pen-
 det in intelligendo, ita ob huius indispotionem, quando-
 que nihil intelligere possunt; & nihilominus extra corpus existens
 multo melius intelligit, quod hæc hoc informat; sic videtur
 dicendum, quod extra corpus possit corporeas qualitates etiam
 percipere non modo per nudam intellectualem cognitionem,
 sed per quandam cognitionem experimentalem aliquo modo fi-
 nissem et sensationi, quia circa eandem, dum est in corpore, eli-
 cit. Tum quia saltem negari nequit Deum posse singulari concu-
 su ita supplere defectum organi corporei, ut anima simili modo
 percipiat calorem, & similes qualitates extra corpus, quo eas
 percipiat in corpore, sive hæc actio vocetur sentatio, sive nã.
 Sed id quoque reicit Doctor *loc. cit. ad questionem*, ubi ait do-
 lorem propriè didi non dari in spiritibus, sive Angelis, sive ani-
 mabus separatis; nisi singulari, quod in spiritu separato sit app-
 etus sensitivus, & pari ratione sensus, & tunc etiam possit inesse
 sibi passio, tam secundum appetitum illum, quam secundum
 sensum, quod tractatum est secundum Arist. 1. de anima dicen-
 tem, nihil aliud est dicere animam tristari, gaudere, quam te-
 re, vel ædificare; quod utiq; verum est, prout sunt passiones ap-
 petitus sensitivi, quia illæ sunt passiones totius coniuncti, sicut
 & sentit; ad quod consequitur passio; Non tamen, inquit
 Doctor, in anima sensitiva esse illam perfectionem, quæ est cõ-
 plativa in ratione potentie sensitivæ, nam illa non est aliud ab
 ipsa essentia anime intellectivæ, sed talis perfectio non est po-
 tentia visiva, vel auditiva, nisi partialiter; propria autem po-
 tentia visiva est quoddam essentialiter includens illam per-
 fectionem anime, & aliam perfectionem corporis mixti corre-
 pondentem illi ad operationem communem; & eodem modo ipsa
 sentatio est primò totius coniuncti ex istis duobus, ita quod
 proximum susceptivum, & ratio suscipiendi non est in anima,
 vel aliquod præciè in anima, nec forma mixtionis in organo,
 sed forma totius compositi ex corpore mixto, & anima, & talis
 perfectio est proxima ratio suscipiendi sentationem, & ideo illa
 forma totalis est potentia suscipiendi sentationem, & ideo illa
 sentatio, non oportet querere causam nec in spiritu sepa-
 rato, nec in anima separata, quia non potest esse ibi.

Hinc ad primam rationem Coninch. negatur paritas, quia 116
 operatio intelligendi est per se, & essentialiter inorganica; nec
 dici potest organica, nisi merè per accidens ob subordinatio-
 nem potentiarum pro statu isto, quatenus in isto statu coniun-
 ctiois oportet intelligentem phantasmata speculari ex 3. de
 anima: at operationes sensitivæ sunt essentialiter organicae, & à
 potentia emanant essentialiter organici, hoc est, ex partiali
 perfectione anime, ac corporis essentialiter constitutis, & ideo
 nequeunt anime convenire, nisi quatenus est unita corpori.
 Ad aliud negatur assumptum, quia licet possit supplere Deus
 causalitatem materiale extrinsecam in genere cause efficien-
 tis, non tamen in eodem genere materialis cause; sentatio au-
 tem, ut diximus, est primò totius coniuncti ex anima, & corpo-
 re, ita quod proximum susceptivum, & ratio suscipiendi non est
 ipsa partialis perfectio anime, neque corporis sed forma totius
 compositi ex anima, & corpore, hoc enim solum sentationem
 efficit, & recipit; Denique quando etiam hoc totum concederetur
 de anima separata, ut contendit Coninch. adhuc tamen in
 Angelis locum habere non potest.

Arriaga *disp. 26. de Angelis scilicet 4.* in examine huius sententie
 ait, in ea duo considerari posse, unum est, an divinitus repugnet
 in Angelo calorem recipi; alterum, an per eum sufficienter de-
 claretur dolor Dæmonum: nos ex utroque capite deduximus
 in possibilitatem huius opinionis, etenim primum argumentum
 adductum repugnantiam ostendit ex primo capite, alterum vero
 ex secundo; ait autem Arriaga ex secundo capite optime qui-
 dem repugnantiam deduci, nam est admissa receptio caloris
 in Angelo, non videtur in Angulus per talem calorem ullo modo
 torquetur, & ratio est quia calor, quia calor, non affigit, aut
 torquetur, sed quæ est contrarietas subiecto; ergo cum Angelus nul-
 lam habeat contrarietatem cum calore, non potest ab eo tor-
 queri saltem tam graviter, qualis ponitur pœna gehennæ; addit
 tamen ex primo capite nullam fundatè deduci repugnantiam,
 quia non est impossibile, quod divinitus qualitas aliqua recipiatur
 in subiecto illius incapaci naturaliter, quod ibi ostendit
 nititur solvendo rationes in oppositum. Cæterum accidens mate-
 riale, & corporeum nec etiam de potentia Dei absoluta in sub-
 iecto spirituali, & incorporeo recipi posse ex instituto ostendi
disp. 12. Metaph. quest. 7. contra Poncium, & quosdam alios Re-
 centiores, eorum reiiciens responsiones, cum quibus magna ex
 parte coincidunt, quæ affert Arriaga *loc. cit.* ad eum de hoc puncto
 non sit in presenti necessaria ulterior disputatio, præsertim cum
 hæc sit serè communis, sententia, ut videre est apud Suarez
lib. 8. cap. 14. num. 27.

Interim tamen aliud quoque argumentum contra præfa-
 tam sententiam addere placet ex Scoto *loc. cit.* quod admitta-
 ut possibilibus, impressio illius qualitatis, quæ reddatur spiri-

tus capax caloris ignis, tunc pœna recipitur immediate in
 illa qualitate, tanquam in proximo receptivo, imò nec nec-
 diariè dici potest recipi in ipsa natura Angeli, si repugnet illi
 nature; ex quo etiam sequitur, quod illa qualitas separata ab
 Angelo cruciatur possit eadem pœna, ac etiam quod modo de
 factò cruciatur nullo modo cruciatur, per calorem receptum
 sed tantum qualitas illa immediate illius susceptiva, sicut con-
 tra Thomistam solent dici, excurrere de lumine gloria, si ponatur
 tota ratio videndi in Beatiss. Quod autem subditum Arriaga
 scilicet 5. posse divinitus animas separatas calore torqueri, & cum-
 dem etiam numero dolorem pati, quom ab eodem in corpore
 tollerant, nec & ab aliis notis qualitatibus, reicitur ex dis-
 cursu Scoti super factò contra Coninchium, primum siquidẽ
 & præcipuum eius fundamentum est, actus omnes sensationis
 tam internos, quam externos, item & appetitus, recipi inadæ-
 quatè in ipsa anima rationali, & illam solum, non vero corpus
 esse quæ verè, & propriè percipit obiectum, & illud appetit,
 denominativè verò ab illa totum compositum; sed huius fun-
 damentum falsitas statim patet ex discursu Doctoris iam relato,
 undè neque circa hoc punctum opus est aliud addere.

ARTICULUS SECUNDUS.

Tres Alii dicendi modi perpenduntur.

118 Tertius dicendi modus inter Recentiores satis plausibilis
 docet ignem torqueri spiritus obedientialiter producendo
 in eis qualitate spiritalium eorum nature repugnantem,
 & ut loquuntur aliqui, sedantem, deturpantem que eorum sub-
 stantiam, ex qua sedantem, & deturpationem, Dæmones maximè
 concipiunt tristitiam, apprehendentes illam, ut disconvenien-
 tem propria nature, quam sententiam referet, & impugnat
 Durandus *loc. cit.* sed libenter potest arripui *Sup. lib. 8. de Ange-*
lis 6. 14. Metaph. 2. disp. 10. scilicet 2. Pelantius *quæ 6. ar-*
4. disp. 3. Arriaga *disp. 26. de Angelis scilicet 8.* & probabilem putat Zume-
 l *quæ 6. ar. 4. disp. 3.* nec valde differt Poncius, etiam ab ea ab-
 horret præcedit *disp. 16. q. 6. m. 38.* dum inquit posse produci
 à Deo aliquam qualitatem, quæ seipsa esse ingratam, & cruciati-
 va Angeli, & anime; & satis probabile esse, quod de facto sic
 producat ab igne infernali nec in alio differat præcisa op-
 inione, nisi quod illa non itaalem qualitatem physicè ab igne pro-
 ducit elevato per modum instrumenti; Poncius vero ex existimat,
 quod non producat, nisi moraliter, sicut sacramenta causant
 gratiam in sententia nostra; Docet ergo hæc opinio possibilem
 esse divinitus qualitatem aliquam spirituales, sedantem Ange-
 lum, ac male efficiens; ad hæc autem producendam in
 Angelo elevari ignem, & in eius qualitas dissona, ut in An-
 gelo recepta cognitione, consistere formalisimè pœnam, seu
 tormentum Dæmonum, quam ultimò consequitur fuga ex
 parte voluntatis.

Fundamentum est, quoniam hæc optime explicat, quo pacto
 spiritus verè, & realiter, & non tantum fide, & per apprehen-
 sionem torquetur ab igne corporeo, quæ enim homo tor-
 quetur à calore, & frigore, quia est qualitas sibi contraria, &
 quia hic calor producit ab igne, & frigus à nive, dicitur me-
 ritò cruciari igne, aut nive; eodem modo Angelus torquetur
 ea qualitate contraria, sive dissona sibi, & quia eam producit
 ignis, dicitur meritò ab igne torqueri; Quod autem dari possit
 qualitates spirituales contrariæ subiecto spirituali ex eo
 probatur, quia sicut he habent qualitates materiales ad subiectum
 materiale, ita spirituales ad spirituales: ergo sicut ex eis aliq-
 que sunt conformes, & gratiæ subiecto materiali, ut auditus musi-
 ca, palato dulcedo &c. alia verò contrariæ, & dissona; ita ex
 istis alia erunt bene efficiens subiecto spirituali, alia verò
 male, ita dicitur Arriaga cum Suarez *loc. cit.*

119 Sed hæc quoque opinio ex multis capitibus displicet; Primò
 quidem, quia ut dictum est *2. disp. 7. Ph. q. 6. ar. 5.* vel non datur
 potentia activa obedientialis in rebus, sed tantum passiva,
 ut tenent communiter Thomistæ, & Scotistæ; vel si datur,
 hæc non datur in quolibet, ad quodlibet, sed ad quemlibet ef-
 fectum producendum; sed tantum aliquem; ad quem ex se
 fit aliquo modo saltem remotè proportionata: atque ideo non
 videtur elevari posse quæcumque creatura ad quemcumque effec-
 tum ei inproportionatum producendum; undè sicut hæc ratio-
 nem negamus aquam elevari posse per potentiam obedientialem
 ad producendam gratiam, quæ est accidens spirituale; ita pa-
 riter in proposito negandum est ignem assumi posse per mo-
 dum instrumentum ad producendam qualitatem spirituales An-
 gelos cruciantem: quod incommo dum licet evitet Poncius di-
 cens aliquam posse per modum instrumentum moralis, alia tamen
 non evitat malè obediendã. Deinde difficile est intellectu, quo
 modo talis qualitas sit disconveniens, repugnans, ac contraria
 Dæmoni; siquidem illi nullum videtur asserre posse nocuum
 tum sicut, asserimus calor corpori: intelligibile enim

est, quod sit disconveniens nature spirituali secundum se, si
 eam non dissonat ad corruptionem, vel non est corruptiva al-
 terius qualitatis convenientis & naturalis, & in qualitate
 dolorificis sensus contingit; Nec minus apparet in quo talis
 qualitas deformaret Angelicam substantiam; vel enim ferreo
 est de pulchritudine naturali, vel de supernaturali per gratiam;
 prima quidem à Dæmonibus ablata non obliquo enim entitas
 indivisibilis sit, si aliquid tolleretur totum utique tolleretur;
 sicut quia ut ait Dionys. *de div. nom. c. 4.* naturalia domini An-
 gelis integra remanent, & splendidissima; pulchritudo verò
 supernaturalis, quæ est per gratiam, tollitur per solam culpam,
 & maculam ex relictam non verò per aliquam qualitatem
 naturalem, quia superioris ordinis est ad illam, neque super-
 naturalem, quia omnis qualitas supernaturalis ad gratiam per-
 tinet; & gratiæ subordinatur.

Respondent Arriaga, & Suarez, quod licet in tali alteratio-
 ne spiritali facta ab igne in Angelo nulla obliquo forma
 conveniens subiecto; adhuc ipsa positiva qualitas præternatu-
 raliter inherens, & efficiens substantiam Angelicam potest ef-
 fere sufficientem obiectum tristitiæ, sicut etiam in alteratione mate-
 riali per qualitatem subiecto feram facta, dolor non solum est de
 privatione forme subiecto convenientis, sed etiam de qualitate
 ipsa dolorifera positive inherente; & præternaturaliter
 efficiens corpus. Deinde addit Arriaga, quod etiam illud, quod
 dolor omnis in nobis fit ob expulsiõem contrariæ qualita-
 tis conformis: cum omnes fatetur tenentur posse esse qualitates
 spirituales conformes, & gratas subiectis spiritualibus;
 ita etiam possumus dicere esse alias quoque spirituales con-
 trarias, per quas illa gratiæ expulsiõem, sicut per calorem om-
 nium expellitur frigus debitum; & tunc erunt hæc alia contra-
 riæ, licet non ratione sui, saltem quatenus expellunt conformes,
 eodem omnimò modo, quo de materialibus diffusimus, ut
 hinc consequenter diceretur per talem qualitatem spiri-
 tualem ab igne productam posse deformari quoad naturalem
 pulchritudinem Angelicam substantiam, quatenus per eam ex-
 pellerentur qualitates illi conformes, licet nihil de substantia
 minatur; & Suarez ait dici posse, quod etiam deformetur in
 pulchritudine supernaturali per hanc qualitatem, quia hæc
 quoque saltem moraliter, & secundum congruentem verum
 ordinem opponitur gratiæ.

Sed in primis Suarez non satis consequenter loquitur ad sua
 principia, dum hic asserit eam qualitatem ad igne productam
 in Angelo independentem ab expulsiõem oppositæ esse malam
 subiecto, quandoquidem *disp. 11. de Metaph. 1. m. 22. & 13.* do-
 cet nullam dari formam, quæ solum ratione suæ entitatis posi-
 tivæ sit mala alteri, sed in tantum esse malam alteri, quatenus
 privat illud aliquo bonitate, aut perfectione debita; & ratio est,
 quia malum universaliter loquendo tam in genere nature, quam
 in genere moris formaliter in sola privatione boni consistit,
 ut dixi *disp. 5. Meth. q. 15. ar. 1.* ubi etiam m. 305. id specia-
 liter probò de malo accepto pro disconveniendi, de quo est ma-
 ior difficultas, & m. 311. dissolvo quæcumque in oppositum ibi
 obiectæ. Averte, & hic rursus repetit Arriaga 3. undè non
 valet paritas, quam urget Arriaga, quod sicut qualitates illæ,
 quæ dicuntur subiecto conformes, non habent id ex quo
 expellant dissonas, alioquin daretur vitiosus circulus, sed im-
 mediatè per se independentem ab expulsiõem aliteris earum
 conformitarum: ita pari ratione poterit esse qualitas ex se dis-
 sona male efficiens subiectum independentem ab expulsiõem
 terius debita, aut perficiens: Non valet inquam quia bonitas
 quidem explicari potest per positum præciè immediatè, ac
 independentem ab omni privatione, non autem malitia sive
 moralis, sive naturalis ob rationes *loc. cit.* adductas. Ex
 hoc etiam deducitur falsitas alterius responsionis, nam in sub-
 stantiam materialibus nulla qualitas esse potest aliquam
 disponentem ad eius corruptionem, nisi quæ tollat aliquam
 qualitatem necessariam ad ipsius conservatiõem: cum ergo substantia
 spiritualis de se incorruptibilis sit sicut nulla eger qualitate
 conservativa, quæ præciè dicitur ei convenientis, & consen-
 tanea: ita è contra dari nequit qualitas contraria ad eius cor-
 ruptionem disponentem, quæ dicitur illi disconveniens, & dissen-
 tanea: atque ideo omnimò chimerica, & commentitia sunt
 qualitates illæ conformes, & disformes substantiæ spirituali,
 quas ille comminiscitur.

Confirmatur, quia nulla qualitas potest esse Angelo ingratam,
 & molesta, nisi quatenus ab ipso percipitur, nec potest ab eo
 percipi, nisi mediante cognitione: nulla enim alia virtus per-
 ceptiva datur in Angelo, præter intellectualem, nec alia percep-
 tio, quam cognitio: sed nullus qualitatis sive corporalis, sive
 spiritualis cognitio potest esse Angelo ingratam, & molesta;
 ergo nullo modo explicari potest disconvenientia huius qualita-
 tis respectu Angeli, adeo ut esse possit obiectum doloris, & tri-
 stitiæ; Nec tandem consequenter explicari potest, quo-
 modo qualitas aliqua spiritualis in Angelo producta possit
 ipsum sedare, & deturpare; non enim quoad pulchritudinem
 natu-

naturalem, quia per talem qualitatem nihil de eius substantia minueretur, nec aliqua qualitas eius conseruatur expelleretur; neque quoad pulchritudinem supernaturalem, quae habetur per gratiam, quia haec tollitur per solam culpam; & maculam ea de relictam, quae sola opponitur gratiae demeritorie, non autem ulla qualitas naturalis, & tantum minus aliqua supernaturalis à Deo physice producta, ut à causa principalis, qualls ponitur ad Adversariis qualitas, de qua disputamus; imò ex ea parte, quae supernaturalis est, porius perficeret, & ornaret naturam Angeli, quam deturparet & deformaret.

112 Denique falsum est: quod alunt Ariaga, & Suarez hanc sententiam inter omnes clariorem esse, & nullam amplius relinquere difficultatem; & per ipsam optime declarari modum loquendi Patrum, & Scripturarum de cruciatu spiritum per ignem, nam in primis non solvat, quare potius Deus, ut voluerit instrumentum ignis ad cruciandos spiritus, quam aqua, vel alia re creata, quoniam si ignis non eos affligit, & cruciat, quatenus calidus, sed calorem imprimens, sed aliam qualitatem spirituales per modum instrumenti, non plus valebit ignis ad talem operationem, & effectum producendum, quam quodcumque aliud corpus, & aequè bene potuisset Deus ut omnibus aliis rebus creatis per modum instrumenti ad producendam spirituales qualitatem in Daemonibus, siquidem ex natura rei maiorem connexionem non habet cum igne, quam cum ceteris rebus, & elementis, cum ergo haec sit praecipua difficultas, quae alias dicitur sententias, plane haec non erit ceteris clarior. Neque etiam melius ceteris saluat dicta Patrum, & Scripturarum de cruciatu spiritum per ignem; cum enim appellant ignem inferni ardentem, & cremantem spiritus, plane significant, quod agat in eos actione corporea, & impressiva caloris, & ardoris; vel saltem talis qualitatis, quae maiorem habet cum igne connexionem, quam cum ceteris corporibus; at quoad impressionem spirituales illius qualitatis, quam illi comminiscuntur, ignis non habet maiorem vim in spiritus, quam habeat alia corpora: ergo neque ea opinio saluat dicta Patrum, & Scripturarum in hac materia melius aliis. Et tandem licet per hunc dicendi modum saluetur quod corpus agit in spiritum non tantum per actionem intentionalem, sed veram, realem, ac transuentem, & quod per eam qualitatem spirituales in Daemonibus, & animabus producantur verè, & realiter ignis cruciat spiritus, tamen modum quo id contingat minime explicat, unde Suarez loc. cit. postquam dixit qualitatem illam spirituales in spiritibus ab igne productam esse obiectum doloris, & tristitiae eorumdem quomodo deinde illos cruciat, ac dilaniat, ait esse inexplicabile & fatetur esse verum Augustini dictum, quod licet miris veris tamen modis torquentur ab igne, at hoc etiam fatentur aliae opinioniones, nempe ignem verè torquere animas, & Demones, & corpus agere in spiritum, & ergo à primò ad ultimum falsum est hanc opinionem esse ceteris clariorem, & nullam amplius relinquere difficultatem.

123 Quartus dicendi modus nec minus singularis, & novus quam praecedens est Coninch. loc. cit. ubi ait n. 83. quod sicut anima informans corpus propter mutam sympathiam necessariò cum dolore quodam percipit qualitates, quae corpus male afficiunt; ita Deum posse supernaturaliter eam separatam alicui corpori alligari, quod à se nullo modo separare se possit, & quo cum Deo singulariter concurrente similem aliquam sympathiam habeat, sicut habebat prius cum eo, quod informabat nulla enim apparet hic implicancia, vel ratio id negandi; Unde fiet; ut eodem modo percipiat qualitates impressas huic corpori; sicut percipit productas in corpore, quod informabat; quare si Deus eam ita alligat alicui corpori, in quod ignis agit, eodem modo eius acrimonia torquetur; quod autem asserit de animabus, ait pariter dici posse de Daemonibus: pro qua opinione citat etiam Henricus, quem ait se cum doctissimis viris contulisse, & ab eis approbatum fuisse, ut satis congruentem Scripturae, & dictis Patrum ac etiam probari possit ex quibusdam sanctorum apparitionibus, in quibus vivis apparuerunt cum corporibus ignitis, quibus praetato modo erant alligati.

Verum haec opinio facile evenerit, nam vel illa alligatio est per veram unionem substantialem, vel per solam intimam praesentiam localem ex voluntate Dei extrinsecè factam; non primum, nam praeterquam quod hoc de Daemonibus asseri nequit, cum Angelus nequeat informare materiam, ex Scoto quoque, nec etiam bene de animabus diceretur, quia ex tali unionem verus, & realis homo resisteret ponere autem in Purgatorio sic verus homines, & non solas animas separatas est eronumque, si secundum, tunc plane repugnat ex sola tali intima praesentia locali animae cum corpore, eam patet impressione qualitatis disconveniens corpori impressam in corpore, quod informat talem sentit passionem per sympathiam ex sola unionem substantialem cum eo promanentem, ad quam proinde non sufficit sola in-

tima localis praesentia ex voluntate Dei extrinsecè facta. Constat autem, quia sensationes omnes tam externae, quam internae formaliter, & adaequatae sunt à toto coniuncto ex anima, & corpore, ac in eo adaequate recipiuntur ex 2. de anima, ut docet Scot. loc. cit. unde ratione praesertim talis coniuncti, quod anima rationalis in adaequate constituit, dicitur per sympathiam percipere convenientiam, vel disconvenientiam qualitates sensibilis in corpore receptae; ergo sicut nequit facere Deus, ut sine tali unionem, fiat homo, vel anima corpore informet; ita nec facere poterit, ut sine hac unionem calor in corpore receptus sit animae contrarius, & passionem sentiat ab eo per sympathiam; Deinde Angelus quantumvis alicui corpori indissolubiliter à Deo alligatus, aliter nequit sentire calorem illi impressum, quam illum intelligendo; at intellectio intuitiva caloris nequit esse magis molestia, quam sit cognitio eiusque alterius objecti: ergo per talem colligationem spiritus cum corpore ab hoc Auctore excogitatum non sufficienter explicatur cruciatu Daemonum, & animarum ab igne, & quomodo ex ea alligazione provenire possit, ut qualitates in eis corporibus existentes sentiantur à Daemonibus, & animabus, ac eos vehementer torquantur.

124 Addit Coninch. n. 34. divina etiam virtute fieri posse, ut ignis simili modo torquet animam ipsam immediate sine tali connexionem cum alio corpore: si nimirum Deus eam igni alligat, & per se immediate necesse sit ad acrimoniam ignis per se immediate cum dolore percipiendum; & idem etiam fieri posse in Angelo, nam est hic non sit forma corporis, sed potentia habeat sensitivas, quales habet ipsa anima, omnino tamen credibile est, eam habere aliquam potentiam eius correspondentem, quia non modo videndo, & sola nuda cognitione abstractiva, vel intuitiva, sed etiam experiendo, ut loquitur Gregorius cit. post qualitates corporeas percipere, sicut anima nostra eas percipit, quando corpus aduritur. Haec tamen sunt pura verba, quae non probando, sed solum dividendo profertur, quia anima à corpore separata non potest qualitates corporeas, ut sibi contrarias sentire, nam quomodo est in corpore ea sentit mediante potentia sensitiva, quam cum corpore in adaequate constituit; adaequate verò, & formaliter ea sensitio competit potentia ipsi sensitiva completa, ac in ea formaliter recipitur; quare cum talis potentia in separatione animae in corpore deservatur, non amplius habet, unde quae sensationes recipere, & elicere; illa enim partialis animae perfectio, quae cum corpore potentiam sensitivam constituebat, ex se insufficientis non est ad ea minora obtundenda adaequate, & formaliter sunt totius coniuncti, non tantum denominativè, sed etiam elicitive ex 2. de anima, ut notat Doctor loc. cit. & adhuc magis commentum est fingere in Angelo aliquam potentiam sensitivam correspondentem, quia experimentaliter sentire possit qualitates corporeas; Angelus enim alio modo sentire, ac percipere nequit calorem, nisi illum intelligendo, nulla enim alia virtus perceptiva datur in Angelo nobis nota praeter intellectum, nec ulla alia perceptio, quam intellectus.

Dices forte, quod licet non possit ignis per seipsum agere in spiritum per modum causae principalis, potest tamen, ut instrumentum divinae iustitiae sicut sacramenta sunt causa gratiae, ut instrumenta divinae misericordiae. Contra, nam instrumentum non agit, nisi quia virtutem aliquam activam habet proportionatam effectui principalis agentis, ut dolabra acutiem, sed ignis non maiorem habet virtutem agendi in spiritum, ut divina iustitiae instrumentum, quam ut per se sumptus, ergo &c. Minor probatur, quia ignis, ut divinae iustitiae instrumentum, aut recipit à Deo aliquam virtutem activam, aut nullam; si nullam, ergo non magis, ut sic, potest agere, quam ex natura sua; si aliquam, aut haec est corporalis, aut spiritualis; non primum, quia tunc eadem adhaeret difficultas de hac virtute superaddita, sicut est de ipso igne, neque secundum, quia qualitas spiritualis in subiecto corporeo recipi nequit; vel si potest, & actu talis spiritualis virtus activa est in igne inferni, vel purgatorii, tunc spiritus dici debet pati à tali virtute, & non ab igne, nisi merè per accidens tanquam eius vehiculo; sicut manus proprie, & per se calefit à calore existente in aqua, non autem ab aqua ipsa, quia ista nihil agit ad calefactionem manus, sed tantum calor ei inhaerens, quae etiam ratione solent nostri probare sacramenta, nec etiam instrumentaliter posse gratiam producere physice, sed tantum moraliter.

125 Quintus dicendi modus adhuc asserit Demones, & animas separatas eo plane modo torqueri, quo animae torquentur in corpore, quod tamen alio modo declarat, quam praecedens; ait enim ignem agere in animam eo modo, quo ageret in eam, si esset corpori unita; at quia separata reperitur à corpore, nec potest cruciatum recipere per corpus, hinc divina virtute ignis in ea causat cruciatum, talem quidem, qualem ignis causaret in eam, si esset corpori unita; sentit utique in corpore doloriferam illam qualitatem ab igne, eandemque divina ope sentit à corpore separata, igne sic operante tanquam instrumentum divinae iustitiae.

126 iustitiae; verum est tamen, quod non admittit in anima separata illum dolorem corporis, sed afflictionem tantum, atque tristitiam voluntatis; unde ait cruciatum Daemonis, & animae esse eisdem rationis cum cruciatu animae nostrae, dum est in corpore, quantum ad dolorem, & tristitiam voluntatis; ita Dominicus Scoto 4. disp. 50. quest. 1. art. 2. Valentia part. 4. quest. 16. punct. 3. Albertinus Coroll. 4. 2. princ. p. 101. Tancerus disp. 5. disp. 6. dub. 5. & alii Recentesores; Fundamentum est, quia dicitur fieri posse à Deo, ut eadem cognitio, & apprehensio in intellectu Daemonis, vel animae separatae constituat, quae est in intellectu animae coniunctae, id est, apprehensio eiusdem sensationis, & passionis corporeae, & sensitivae, ex qua apprehensione postea dicunt resolute similem cruciatum in voluntate Daemonis, & animae separatae, sicut quando eisdem in voluntate coniunctae: Ex quo constat hanc dicendi modum non valde distat à primo, qui damnatorum cruciatum ponit in sola apprehensione cruciatu sensibilis, unde Suarez, & alii eum reiciunt ea ratione, quae Scoto illum impugnat, quia nimirum talis apprehensio sensibilis cruciatu vel est vera, vel falsa, &c.

Sed specialiter hic impugnandus est in eo, quod asserit ex tali apprehensione produci ab igne in Daemonibus, ac animabus separatis eundem cruciatum, seu eisdem rationis cum cruciatu animae nostrae, dum est in corpore, non solum ob rationem adductam n. 124. quia cruciatu in voluntate nostra oritur ex cognitione iudicativa, quae cognoscit quis se pati lesionem ab igne, quae lesio sicut nequit esse in Angelo, vel anima separata, ita neque tale iudicium; quare idem neque cruciatu similis; Sed etiam quia implicat eandem tristitiam ab igne causari in anima separata, quae causatur in coniuncta medio dolore sensibilis, nam tristitia animae coniunctae pro obiecto habet novum praesens v. g. ignem corpus comburentem sensationem perceptivam tristitia verum in anima separata causari non potest ab igne actu nocente, sed nocituro, quando corpus reasumit, unde habet pro obiecto novum abiens futura sensationem percipiendum; at tristitia causata ab obiecto nocivo praesente est diversae rationis ab ea, quae causatur à nocivo nocente, & futuro, illa namque vocatur dolor, quia citra malum praesens versatur, ista verò timor, quia versatur circa malum abiens; ergo in anima separata nequit causari cruciatu eiusdem rationis ab igne, cum eo, qui causatur in coniuncta: Et hoc adhuc magis urget in Daemonibus, est enim possibile anima separata habere tristitiam de combustione futura, cum corpus reasumit; tamen tamen nequit habere demon, quia nequit apprehendere combustionem ignis, ut sibi nocivam, nec de praesenti, nec de futuro, cum se evidentem cognoscit esse combustionis incipientem ergo tali apprehensione nequit demon tristari neque ea tristitia, quae vocatur dolor de malo praesenti, neque altera quae vocatur timor de malo futuro, cum tristari nequeat, nisi de obiecto apprehenso, ut sibi nocivo: in quo tamen sensu dici possit, quod in spiritu Angelico, vel humano separato erit cruciatu, seu passio eisdem rationis cum passione animae intellectivae coniunctae; declarabitur art. seq. n. 140.

ARTICULUS TERTIUS.

Verior sententia introducitur.

127 Sententia in scholis veterior, & communior tam apud veteres, quam Recentiores docet Demones esse igni alligatos itur ab eo se liberare non possint, & ex hac alligazione cognita, & nolita admodum tristari, & torqueri: quomodo alligationem ad ignem explicant vel per modum ceteris illis detinentis in certo loco, ne pro ipsorum libito ibique vagari possint; vel per modum obiecti determinantis illos ad continentiam sui considerationem, nec expedire valeant ad alia obiecta cogitanda converti; vel per modum alligationis potentiarum quoad liberam executionem suarum functionum iuxta varios modos tuendi hanc sententiam. Haec sunt opinio D. Thomae, & Thomistarum par. 1. qu. 64. art. 4. & 4. contra Gentes c. 90. ut testatur Suarez cit. c. 14. n. 4. & expressè Scoti, & Scotistarum 4. disp. 44. q. 2. & etiam Nominalium ibidem, & sequuntur Recentiores passim Amicus disp. 22. sect. 4. Aversa 9. 64. sect. 7. Io. de S. Thom. q. 64. disp. 24. art. 3. Nazarius, & alii: & quidem loquendo in genere, quod illa poena ab igne illata sit poena alligationis manifestè deducitur ex Scriptura, quae ferè semper explicat illam ignis poenam per modum alligationis, & detentionis: unde Apoc. 20. habetur, & apprehendit Angelus Draconem, qui est Diabolus, & Gogmagog, & ligavit eum per annos mille, & misit in abyssum, ubi cruciatus Daemonum in inferno explicatur per vincula, & alligationem. Et a. Petri 2. Angelis peccantibus Deus non precepit, sed videntibus inferni detractos in Parturum tradidit cruciandos, & in Canonicali dicitur Angelis vero, qui non servaverunt suum Principatum, vinculis aeternis sub caligati-

ne servavit, & Ithae 24. Congregabantur in congregatione unius scilicet in lacum, & claudentur ibi in carcere, & Tironum 3. in tenebrosi collocavit mensis mortuos sempiternos, ut non egrediantur, aggressavit compedes meum hoc idem indicat petio illa, qua Lucae 8. Demones Christum rogabant ne illis imperaret, ut in abyssum irent ne scilicet ibi carceris poena punirentur, ut Patres ex illis verbis colligunt Mart. 1. 8. quia nobis, & tibi Iesu fili Dei venisti, hoc ante tempus torqueri nos.

Secundo Ratione etiam probatur hanc poenam Daemonibus convenire, nam satis constat ex Scripturis allatis Demones ex lege Dei alligatos esse igni gehennae, tanquam perpetuo carceri, ac instrumento divinae iustitiae; nec dubitati potest, quin alligatio illa, ac violenta detentio sit obiectum magis tristitiae, & afflictionis spiritibus, qui ob nimiam naturae excellentiam, & innatum libertatis amorem valde tristantur, dum sibi impeditam vident potentiam motivam, ne possint pro libito ubilibet vagari; si enim brutum animal intellectus, & appetitum carens, & solum sensum, & appetitum habens, dum se catena ligatum videt, adeo vehementer affligitur, & torquetur; plane similis alligatio, ac detentio torquetur, & anget nullo magis Angelum nobilissimam creaturam. Nec etiam dubitari potest, quin haec poena suo modo omnibus sit communis Daemonibus etiam illis, qui in hoc mundo subitari, easque caliginosae aere vagari permittuntur, nam qui sunt in inferno ab illo loco egredi non permittuntur; qui verò sunt in illo aere dispersi, solum discurrere permittuntur, & operari quantum Deus permittit, non quantum ipsi volunt; quod declarari potest exemplo ferae, vel avis ad funem alligatae, quae licet aliquantulum moveri, & volitare permittatur, non tamen pro libito, ac libere suis constrictionem, vel laxationem; siue quum, igne illo Deus Demones ligatos tenet, etiam dum extra infernum eorum permittuntur, ne pro libito vagentur, ac motiva potentia utantur; unde scite notavit D. Thom. art. 4. art. 3. ad 3. non solum Demones in inferno detentos, sed etiam illos, qui in aere vagantur, non minus ab infernali igne haec poena sentunt cruciatu, quam si ibidem confisterent; quapropter dixerunt aliqui hanc poenam non praesertim consistere in alligazione ad locum illum infernum inferni, sed in alligazione ad ignem, & hanc nunquam dissolvi, quia singuli Demones sunt veluti inflexi, & alligati cultam ignis portioni, à quo nunquam separantur, sed illam secum deferunt, etiam cum in hoc aere caliginoso versantur; quod an omnino sit bene dictum, hic discutere opus non est, sufficit enim singulos Demones esse igni alligatos modo iam declarato.

Declarat autem Doctor l. c. §. ad quaestionem hanc alligationem, vel detentionem localem esse à Deo effectivè; quia prohibens exitum Daemonis, ab eo loco ad alium est solus Deus, ab igne verò formaliter tantum, sed in genere formalis causa, universatiter enim loquendo locus formaliter continet locatum, non autem effectivè; unde concludit, quod nulla est detentio ignis ad genus actionis pertinentis, sed tantummodo respectus extrinsecus adveniens reducibilis ad genus Vbi; addit etiam Daemonem de tali detentione tristari, non eo quod re vera talis locus sit ei ex natura rei disconveniens quia nullus locus, ut locans est loco disconveniens, nisi quia aliud corpus est sibi conveniens; spiritus autem sicut cum nullo corpore habet naturalem convenientiam, quia tunc illud est naturale salvativum eius, ita ad nullum corpus habet naturalem disconvenientiam, propter quam detineri ibi fit natura sua disconveniens; quare concludit Daemonem tristari, quoniam cum loco apprehendit, ut sibi molestum, quia vellet potius expedire, & libero usui suae potentiae motivae ad quemcumque locum, videns ergo se detentum in igne, & alligatum, vehementer dolet, ac tristatur.

128 Tertio, quoniam Scripturae, & Patres adhuc maiorem poenam indicant Demones ab igne sentire, quam solius localis detentionis per modum carceris, Scotus loc. cit. §. secundo modo aliam adhaec alligationem eorum igni molestiorem memorat, quam vocat detentionem obiectivam, quatenus intellectus Angeli determinatur perpetuo ad intense considerationem ignem in ratione objecti, quam determinationem apprehendit, ut sibi inconvenientem eo, quod vellet liberè uti sua facultate intellectiva; quare Daemon videns se ita determinatum, vehementer dolet, & tristatur de hac detentione obiectiva, quia de illa locali, quoniam per eam detentionem localem impediatur solum usus liber suae potentiae motivae quantum ad locum; sed per hanc detentionem obiectivam impeditur ulterius liber usus intelligentiae suae pro imperio voluntatis circa quodcumque obiectum, quatenus per hanc impeditur intellectus ejus perficere, & expedire considerata alia considerabilia; addit autem Doctor perfectè, nam simpliciter possunt Demones ad alia obiecta consideranda converti: non tamen cum ea intentione, qua possent; si ab ea ignis apprehensio non detineretur: quare concludit, quod quanto intellectus est nobilior virtute motiva, tanto magis torquetur ab igne per hanc determinationem in intellectu.

tellectu, quam per illam alligationem in loco, quia ubi est major nolitio, & æque certa apprehensio de eventu, sequitur major tristitia; Adidit ulterius quod magis dici potest ignis effectivè affligere spiritum isto modo, quam modo præcedenti, quia ibi tantummodo affligit effectivè, quia ut obiectum nolitium apprehensum causat tristitiam; hic autem effectivè causat primam apprehensionem, ad quam determinatur intellectus, quæ est nolitio, & ita hic habet quasi duplicem actionem, in priori non nisi simpliciter, sed sicut in priori non ponebatur disconveniencia ignis ex natura rei, sed tantummodo nolitio detinentia; ita & hæc disconveniencia non est ignis, ut obiecti considerati, sed quia nolitum est illud obiectum sic considerari, nempe perpetuè, & cum tanta intentione; Tandem addit, quod ista detentio in consideratione ignis intentæ, & perpetuæ, & contra voluntatem Angeli fit effectivè à Deo principaliter, & ab igne quidem activè, sed minus principaliter, ac veluti instrumentaliter, quia istud non convenit igni virtute propria, nã tota virtute activa ignis posita, Angelus sibi dimissus potest ignem, vel aliud corpus indifferenter considerare pro imperio voluntatis suæ. Hec igitur tristitia, ad spirituales cruciatus, quem ignis causat in mente Dæmonum per duplicem præfatam alligationem, ac detentionem localem, & obiectivam, est illa incorporea flamma, ac invisibilis ardor, quem Gregorius 4. Dialogo. 2. 9. acribat res incorporeas trahere ab igne corporeo, & materialibus; Res corporeæ incorpoream exurit, dum ex igne invisibili ardor, ac dolor invisibilis trahitur, ut per ignem corporeum mens incorporea etiam incorporea flamma crucietur; unde hæc dicitur pena sensus, non quia per actum sensum, vel potentiam sensitivam sustinetur, sed quia causam, & originem habet ab aliquo sensibili corpore, quod causa est huius pænæ, quod in præfati ignem esse Scripturæ testantur, & Patres.

130 Quarto, quoniam Scripturæ, & Patres non tantum dicunt ignem cruciare Dæmones, & animas, ut eos detinet localiter & obiectivè immutat, sed etiam secundum quod ignis, & ut utrens, & calefaciens, nam eum vocant *urentem, devorantem, concremantem*, quare Gregorius 10. citat colligere ex dictis evangelicis *possumus quod incendium animam non solum videndum, sed etiam experientem patiatur*, advertebat ex Scoto *dist. 44. cit. q. 3. ad questionem*, quod ignis in corpus animatum anima sensitiva potest habere duplicem actionem, unam realem, quæ est univoca, qua nimirum calorem imprimat; alteram intentionalem in sensum, quæ estquivoca, quia species sensibilis non est simpliciter eijdem speciei cum ipso obiecto; Quare in sensu cognitivo producitur species sensibilis, & sensatio quæ est iudicium de obiecto repretentato; & in appetitu sensitivo producitur dolor, si obiectum est disconveniens, ac delectatio, si est conveniens; Quod si corpus sit animatum etiam anima rationali, producitur ulterius actione intentionali etiam species intelligibilis, & intellectio in intellectu possibili; in voluntate vero tristitia, & marcor. Tunc inquit Doctor ignem in inferno non habere in corpus damnati, vel in spiritum primam actionem realem, & physicam urendi, & calefaciendi, quia respectu corporis fortè Deus eam suspendit, & respectu puri spiritus dari non potest: potest tamen habere, & habet in sensum tactus actionem intentionalem affligentem dolore sensitivo; ex quo igne, & dolore consequitur ulterius tristitia, & marcor in ipsam animam intellectivam corpori conjunctam. Neque hoc mirum esse debet, ait Doctor, quia absolute loquendo una actio esse potest sine alia, qua neutra essentialiter dependet ab altera, unde & modum separabiles, si aliquod fit susceptivum formæ realiter, & non intentionaliter; & aliud è converso: & sola intentionalis sufficit ad causandum dolorem, sola autem realis sine intentionalis ad hoc non sufficeret, quia lignum quantumcumque excelsivè calefiat, non tamen dolet.

Hinc facile est deducere, quod sensu afferere liceat, quod in spiritu Angelico, vel humano separato, erit cruciatus, sive passio eijdem rationis cum passione animæ intellectivæ conjunctæ; quando enim ab eadem causa secunda duo proveniunt effectus subordinati, quorum tamen unus essentialiter non dependet ab alio, sed tantum secundum communem naturam cursum: potest Deus cum causa secunda causare secundum effectum in passum receptivum non causato priori effectivè sic in Adamo quorundam obsectorum caulavit intellectiorem nulla prævia sensus cognitione, & cum B. Virgine Matre produxit Corpus Christi sine prævisi formis dispositionibus: sic igitur in proposito poterit cum igne causare passionem intellectivalem in creatura intellectuali, etiam si non causet præviã passionem sensitivam, ac etiam eijdem rationis cum ea, vel ei omnino similem, quam patitur anima corpori conjuncta; non quidem in sensu asserto à primo, & ultimo modo dicendi jam reutatis in articulo præcedenti: sed tantum in hoc sensu, quod cum actio intentionalis à physica separari possit in igne, & hæc sola ad dolorem parandum sufficit, & cum dolor sensitivus, & tristitia voluntatis quamvis sint in anima conjuncta existantiam sint absolute separabiles; poterit ignis sic disponente Deo

per modum cause instrumentalis causare in Angelo, vel anima separata abiq; prævia passione sensitiva, solum passionem intellectivam, quæ dicitur tristitia, ac ita vehementer, & in eodem omnino gradu, quo produci solet prævia passione sensitiva. Quando itaque Patres vocant ignem inferni, *urentem, concremantem, devorantem*, sanè non in eo sensu intelligendi sunt, quia si ignis exerceat in purum spiritum actionem realem, & physicam urendi, & calefaciendi, quasi in illum imprimat calorem, & ardorem, cum ejus fit omnino incapax, & Gregorius aperitè dicit, quod ex igne corporeo, & visibili trahitur ardor indivisibilis, & flamma incorporea ad cruciandos spiritus; sed tantum intelligendi sunt, quod innere, voluerint actionem intentionalem ad eum tamen vehementer, ut sit omnino similis illi, qualem habere solet in animam conjunctam, quando habet actionem realem adurendi in corpus: Cum enim sola actio intentionalis sit sufficiens de se ad causandum dolorem in appetitu sensitivo vel intellectu; optima ratio dici potest tateus ignis uret, ac devorare Dæmones, & animas, quatenus in eis talem causat tristitiam, & dolorem, ac ad eum vehementer, qualem causare solet in sensu, vel anima conjuncta, cum corpus ardet; & in hoc sensu etiam loquitur Gregorius, cum ait animam separatam non solum videndo, id est per simplicem apprehensionem, sed etiam experiendo, id est per veram passionem in voluntate receptam incendium pati, id est, taliter intemam, qualem conjuncta pati solet, cum corpus ardetur.

131 Quinto, Io. de S. Thom. *dist. 24. art. 3.* ad hoc magis explicandum distinguit duplicem alligationem in spiritibus ab igne procedentem, unam in ordine ad locum tantum, & hæc pertinet ad penam carceris, qui tantò est gravior, quanto strictior, & arctior; Alia alligatio est in ordine ad potentias ipsas, seu facultates in operativas, quæ quando impediuntur operari modo suo connaturali, dicuntur constringi, & alligari, sicut si alicuius membra funibus confringantur, vel ferro, aut si aliquo humore prædominante membra intrinseca præcipiantur, tunc enim dolor tantò vehementior est, quanto fortius est impediendum, ne facultates illæ suas connaturales operationes possint elicere; Et inquit, quod ignis inferni non tantum primo modo, sed etiam præfatis hoc secundo alligat spiritus, impediendo, ne potentie operentur modo connaturali pro libito, sed cum limitatione, & coarctatione; ex quo sequitur vehementer apprehensio in intellectu, & afflictio in voluntate de tali impedimento, & alligatione cruciante; addit tandem hoc impedimentum, hæc alligationem potentiarum spiritualium fieri, per aliquam qualitatem, vel impressionem alicujus modi, seu cuiuslibet alterius entitatis, quæ impedit potentias in executione suarum operationum nihil ab eis tollendo, sed solum impediendo executionem, sicut fit potentia motiva nostra non solum alligatur exterior, sed etiam impeditur interior in nervis, & musculis per aliquem humorem, vel distemperamentum quem appellat qualitatem afflictivam, quæ pertinet ad potentias eas aggravando, & impediendo, non autem quæ aliquid tollat, aut corrumpat de substantia, vel potentia; & ait effectum ejus formalem esse reddere potentias quasi languidas, & enervas, vel impeditas, ne eliciant suas operationes, hæc enim effectum videmus etiam in corporibus fieri per qualitates corporeas, quibus virtutes languescunt, & impediuntur, etiam non destruantur.

Sed hæc qualitas spiritualis, quæ sit impeditiva potentie abique eo quod eam destruat, vel saltem minuat bonam ejus dispositionem ad operandum, mihi omnino fictitia videtur siquidem nulla qualitas disconvenit nature; aut potentie, nisi quæ illam à proprio, & connaturali statu, ac dispositione deturbat, ut etiam constat in corporeis qualitatibus, quibus virtutes languescunt, & impediuntur: quamvis enim per eas totaliter non destruantur, delinuntur tamen suo connaturali statu, & tollitur ad minus, vel saltem minuitur coram virtutum bona dispositio ad operandum: hoc enim modo per aliquem humorem in oculo impeditur virtus visiva, vel in nervis, & musculis potentia motiva: sicut ergo hæc ratio hæc Auctores explodit qualitatem illam spirituales à Suarez positam, quæ producatur ab igne, & sit in Angelo contraria, quia nimirum in spiritibus non potest dari qualitas contraria quæ aliquid corrumpat sive de substantia, sive de potentia, ac ejus connaturali dispositione ad operandum, quia totum ibi est indivisibile, ita pariter hæc eadè ratione exploditur qualitas ab ipso posita, quæ sit impeditiva potentie ab igne eo, quod eam destruat, siquidem talis qualitas potentis noxia cogitari non potest abiq; tali destructione, vel diminutione. Deinde quod etiam talis qualitas spiritualis esse possibilis, & ab igne producibilis per modum instrumenti, quod tamen patitur difficultatem communem tactam contra Suarez n. 129. adhuc in re nostra est omnino superflua; satis enim supra explicatum est, quomodo ab igne impediti possit ab ejus libero usu potentia Angeli motiva

per detentionem localem; & potentia intellectiva per solum detentionem obiectivam abiq; ultra alia qualitate spirituali superaddita ab igne producta, ut constat ex dictis *num. 138. & 139.* ergo qualitas hæc spiritualis ad hoc munus inventa est proflus in re nostra supervacanea, quando etiam concederetur esse possibilis. Tum quia æquè bene potuisset Deus alius rebus creatis ut per modum instrumenti ad hanc qualitatem producendam, ex dictis.

132 Sexto tandem ex dictis deducitur solutio communis difficultatis tactæ *num. 134.* quare potius Deus voluerit ut igne, ut instrumento ad cruciandos Dæmones, & animas, quam aqua, aere, aut alia re creata, quæ enim videtur potuisse affligi à lapide, vel Cælo, si detineretur ab illis definitivè, & ab illis immutaretur obiectivè perpetuè, & cum tanta intentione; cum enim in hoc ignis majorem non habeat virtutem erga spiritus, quam habeant alia corpora, potuisset utique Deus eandem alligationem, ac detentionem disponere cum equali Dæmonum molestia penes quodcumq; aliquid corpus, sive per modum loci, sive per modum obiecti; Solvitur, inquam, bene ex prædictis *n. 140.* volens etenim Deus accerere punire rebelles, & apostatas Dæmones, sicut & obliuiscas animas, indeque ipsarum corpora, illud elementum, ut instrumentum ad hoc magis aptum assumere voluit, quod in sua actione reali, & physica est omnium validissimum, & ad quam, cum agit in rem animatam sequitur in sensibus, ac etiam in voluntate (si tali potentia res illa prædita sit) immutato intentionalis dolorem causans vehementissimum: quoniam igitur inter omnia agentia creata ignis in tali acrimonia agendi ceteris omnibus præcellit congruunt fuit, ut potius hæc creatura uretetur in talis inferendo cruciatus, tanquam instrumentum, quam ceteris: quamvis enim exercendo actionem physicam urendi, & calefaciendi spiritus non lædatur, ut talis læsionis incapaces: at tamen exercendo actionem intentionalem, quæ sola est sufficienter causativa doloris independentem ab actione priori, talem causat dolorem, ac ita vehementem in spiritibus, qualem causat in anima conjuncta, cum priorem actionem adurendi in corpus exercet; Unde saltem est quod assuntur in ratione dubitandi proposita, quod servata naturali rerum dispositione potuisset Deus eandem alligationem, ac detentionem disponere cum equali Dæmonum molestia penes quodcumque aliud corpus, sive per modum loci, sive per modum obiecti; etenim in obiectis dolorem afferentibus rebus animatis per immutationem intentionalem, nullum est aerius, ac molestius igne, quando eas adurit; ut ergo in vindictam peccatorum licent rebelles spiritus debitas pœnas, ad imprimendum in eis majorem qui possit in figi dolorem ab obiectis dolori feris in ferè creaturam, igne voluit ut, ut instrumentum, quoniam ad ipsius læsionem in rebus animatis major sequi solet dolor tàm in sensibus, tàm in voluntate per actionem intentionalem, quam ad læsionem aliorum obsectorum disconvenienciam.

Itaque uno verbo igne uti voluit, vel instrumentum, ad causandam passionem intellectualem in creatura rationali, etiam si non causet præviã passionem sensitivam, ut ostenderet velle eam punire, & cruciare majore dolore, qui possit infligi, ac solari in ordine entium naturalium; talis namque est passio infligita per actionem ignis intentionalem, sive hæc fiat dependenter ab actione reali, & materiali adurendi, sive non, quia ut dictum est ex Scoto *dist. 44. cit. q. 2.* etiam in dolore corporali immutato intentionalis est, quæ causat dolorem, non autem materialis; & quando materialis causat dolorem non causet sine intentionalis; talem autem causat tantum dolorem non potuisset Deus servato naturali rerum ordine imprimere in Dæmonibus assumentum, ut instrumentum, terram, vel aërem, aut aliud quodcumque corpus, sive per modum loci, sive per modum obiecti; quoniam regulariter loquendo talis, ac tantus dolor non sequitur, nisi ad actionem ignis intentionalem, sive præcedat actio realis adurendi, sive non, quia ut dictum est *n. 140.* sicut istæ actiones sunt ab invicem separabiles absolute loquendo, ita etiam passio intellectualis separari potest à sensitiva, & sine illa haberi, ut contingit in cruciatus Dæmonum per ignem ac animæ separatæ.

133 Postremò etiam ex dictis constat quid sit dicendum ad rationem dubitandi adductam ab initio questionis *num. 121.* quod idè ignis torquet corpora sensitiva, quia producit qualitatem quandam doloriferam eo triplicem temperamento sensus, cuius capax non est spiritus; Cui non bene satisfaciunt Suarez dicens ignem inferni producere in damnatis spiritibus qualitatem aliquam spirituales ipsos deturpanem, & sedantem, nec Io. de S. Thoma dicens ab igne produci in eis qualitatem quandam impediendam potentiarum à propriis operationibus: nam præter peculiarias difficultates contra singulos hos dicendi modos superius adductas communem illam incurrit tactam *nu. 134.* quod sic dicendo non salvant, quare potius voluerit Deus ut instrumentum ignis ad cruciandos malignos spiritus, quam aquam, vel alia re creata: siquidem æquè bene potuisset Deus

uti omnibus aliis rebus creatis per modum instrumenti ad producendam hanc qualitatem spirituatem in Dæmonibus eos deturpanem, & sedantem, ut loquitur Suarez, vel eos aggravantem, & impediendem à suis operationibus, ut loquitur Joan. de sancto Thoma; etenim ex natura rei talis qualitas majorem connexionem non habet cum igne, quam cum ceteris rebus, & elementis; hoc autem totum bene salvatur in sententia nostra, ut constat ex dictis numero præcedenti, & ad rationem dubitandi propositam dicendum est, quod licet ignis nequeat in spiritus exercere actionem realem; & physicam, quæ producit qualitatem doloriferam corrumperem temperamento sensus; potest tamen habere, & exercere actionem intentionalem, qua producat in eis passionem intellectualem, etiam si non causet præviã passionem sensitivam; quoniam sicut istæ actiones sunt ab invicem separabiles absolute loquendo, ita etiam passio intellectualis separari potest à sensitiva, & sine illa ab igne produci sic disponente Deo pro cruciandis spiritibus modo spirituali, ut constat ex dictis.

Ad Confirm. dicendum, quod ignis producit in eis aliquid accidens incorporeum disconveniens, si non in esse naturæ, saltem in esse moris, scilicet, actum, vel passionem summæ tristitiæ, & doloris, quatenus insiguit à Deo, ut à causa magis principali, & ab igne, ut à minus principali, & veluti instrumentali in penam peccati: Et quod etiam diceretur tristitiam, & delectationem esse actus vitales voluntatis, & non potius meras ejus passiones, ut opinatur Scorus, hoc totum adhuc convenienter afferri potest; quia etiam actus vitales produci potest à principio non vitali partialiter, & minus principaliter, nam species, & obiecta concurrunt effectivè ad cognitiones, & sensationes; ac quoque habitus concurrunt ad actus voluntatis. Unde ad eam D. Augusti propositionem 12. in Genes. 29. quod *corpus non agit in spiritum*, ait Doctor loco citato ad primum principale, quod valet de actione reali, non autem de actione intentionali, & de agente totali, vel magis principali, non autem de partiali, ac minus principali; in causando autem tristitiam, & marorem in voluntate Dæmonum ignis non est principale agens, sed minus principale, quia in ea immutatione non agit, nisi ut instrumentum Dei, sicut phantasma læ habet in intellectu agentem, quando cum eo concurrat ad producendam speciem intelligibilem in intellectu possibili.

134 Dices, non videri ignem esse posse obiectum tristibile sive tristitiam causans in Angelo, siquidem consideratio ejus in ratione obiecti potius oblectationem afferre videtur Angelo consideranti, quam tristitiam. Respondet Doctor littera M. quod non est disconveniencia ignis ad Angelum in ratione obiecti considerati, sed quia nolitum est illud obiectum sic considerari, nempe perpetuè, & cum tanta intentione, quod adhuc magis declarans in responsione ad primum principale, inquit, quod in causando tristitiam, ignis non est principale agens, sed ipsa voluntas nolens illud obiectum, magis enim ex hoc, quod obiectum est nolitum sequitur tristitia, quam ex ratione obiecti in se, vel ipsa apprehensio eventus obiecti noliti, quia obiectum non tantum nolitum, sed ut nolitum apprehensum, esse, vel fore contristat; ex quibus verbis Doctoris notat Tatarci, *loc. cit.* quod cum dicitur obiectum tristibile causare tristitiam, id tantum mediata intelligi debet, hoc est, quod mediante nolitione, & apprehensione ejus causatur tristitia, non autem quod immediatè activè causetur ab obiecto; addit etiam quod non sufficit simplex obiecti apprehensio, & simplex nolitio ad causandam tristitiam, sed requiritur apprehensio, & nolitio complexa; unde ex hoc quod simpliciter apprehendo ignem, & illum nolo, non causetur in me tristitia, sed oportet quod apprehendam hoc inesse illi, & nolum hoc inesse illi v.g. me detineri ab igne, vel in igne, & nolum talem detentionem, & sic ex tali apprehensione, ac nolitione complexa sequitur tristitia, quæ apprehensio potest esse vera, vel falsa.

ARTICULUS QUARTUS.

Solvuntur Objectiones.

135 In oppositum. Primum obicitur per actionem ignis intentionalem præcedenti articulo explicatam *num. 140.* non bene sufficienter explicari penam ignis inferni in damnatos juxta sensum Scripturarum, & Patrum docentium ignem cruciare spiritus malos verè, ac realiter, ad prout per aliquam actionem veram, & realem; & non intentionalem tantum, unde Aug. ait 21. de Civit. cap. 10. *Spiritus cruciari ab igne miris, sed veris modis*, non esset autem verus modus, nisi ipse ignis vera, & reali actione ageret aliquid in damnatos, quo illos affligeret, & idè addit *Spiritus accipere ab igne penam*; ergo intelligit ignem dare, seu efficere illam per veram, & realem actionem; & non intentionalem tantum.

Respondet argumentum procedere, quasi actio intentionalis, quam exercet ignis per impressionem speciei sensibilis in organo, & sensu tactus, vel intelligibilis in intellectu ope intellectus agentis ejus phantasma deperant, non sit vera, & realis actio, perinde ac est actio naturalis, & materialis, quam exercet circa corpora per impressionem caloris, qui est etiam error in philosophia; siquidem apud Philosophos utraque actio est vera, & realis transcendens; quamvis hæc posterior comparatione prioris dici solet speciali modo realis, & altera intentionalis, ac animalis eo modo quo speciei sensibiles, & intelligibiles quoque dici solent species intentionales, etiam si sint vera, ac realia entia de genere qualitatis: Hæc ergo actio intentionalis, qua dicimus ignem maligno cruciare spiritus, est vera, & realis, utpote quæ habet pro termino aliquid reale per ipsum productum, ac in ipso spiritu receptum, in quem verè, & realiter ignis agere dicitur per hæc actionem, præcisa etiam actione physica, & materiali urendi, & calefaciendi; siue imprimendo speciem aliquam intelligibilem, siue per concursum effectivum ad apprehensionem intellectus, vel etiam ad ipsam tristitiam, & formalem dolorem voluntatis juxta dicta superius num. 140. hæc enim efficientia ignis media præterit divina elevatione, & virtute non repugnat, dum modo non excludatur ab actibus vitalibus coefficienti potentiarum, quia in reliqua activitate non est major repugnantia in hoc effectu, quam in quocunque alio ex dictis num. 143. quod totum fatetur quoque Suarez cap. 13. num. 20.

Secundo arguit Suarez ibidem, quia licet hæc actio intentionalis ignis interveniat in cruciati Dæmonum; non adhuc satis est ad eorum penam explicandam, sed necessaria est aliqua actio, quasi materialis, seu physica, & realis aditioni æquivalens, & calefactioni; nam ex testimonio Patrum, & Scripturarum colligitur spiritus ab igne torqueri, & cremari ad instar corporum: unde sicut ignis non torquet corpus efficiendo immediate sensum doloris, vel speciem intentionalem, quæ est principium illius sensationis, sed efficiendo objectum ejus; ita etiam ignis non torquet spiritus immediate efficiendo tantum intellectum aliquem, vel proximum principium ejus, quod est species intentionalis, sed efficiendo aliquid aliud, quod sit veluti objectum illius apprehensionis; & speciei.

136 Confirmatur, nam in sensibus doloribus ita in universum contingit, quod omnes agens extrinsecum dolorem inferens id facit imprimendo, ac faciendo objectum doloris, ut ignis immittit calorem, & gladius dividit carnem, ex qua divisione alteratio aliqua, & qualitas dolorifera conorsit, & sic de aliis, ergo ad eundem modum intelligere debemus ignem torquere Dæmones, & esse causam doloris eorum, quod nequit esse, nisi per actionem realem, & physicam ab intentionali distinctam, per quam prius producat objectum illius doloris; Imò in qualibet alia tristitia spiritali invenimus objectum ad illam supponi, & non dari causam extrinsecam illius tristitiæ, nisi quæ est causa talis objecti, ut tristitia de peccato commisso supponit ipsum peccatum, & nulla dari potest causa extrinseca, & proxima illius tristitiæ; nisi quæ fuerit causa talis peccati; Ergo dicendum est ignem non torquere spiritum, nisi efficiendo in illo objectum doloris, & inde actionem suam inchoando. Denique assignare oportet objectum verum doloris, seu tristitiæ, & apprehensionis, ex qua dolor causatur in Dæmonibus, & animabus; hoc autem objectum debet esse aliquid malum verè, & realiter existens in Dæmonibus, & animabus illis disconveniens, alioquin falsa esset apprehensio, & illusoria tristitia; hoc verò malum habet esse distinctum ab ipso dolore, & prius illo; ergo hoc malum debet esse aliquid positivum, nec potest esse aliud, quam qualitas spiritalis eis disconveniens, sicut nimis calor disconveniens sensui.

137 Respondet, si ex testimonio Patrum colligitur spiritus ab igne torqueri, & cremari ad instar corporum, non adhuc bene explicari illa testimonia per hoc quod producat ab igne in Dæmonibus qualitas illa spiritalis dolorifera, quam intendit Suarez; quoniam si ignis eos non affligit, & cruciat, quatenus calorem imprimens, & ardorem, sed aliam qualitatem spiritualem: non plus valebit ignis ad talem operationem, & effectum producendum, quam quodcumque aliud corpus, ut contra ipsam arguitur supra num. 132. dico igitur objectum tristitiæ, & terminum actionis ignis in spiritus esse malum aliquid positivum, non tamen qualitatem illam ab arguente intentam, sed esse detentionem, seu alligationem realem apprehensam, ut talem, tam localem, quam objectivam superius declaratas num. 138. & 139. ad quas concurrunt ignis modo ibi explicato; Angelus enim formaliter detinetur ab igne definitivè, & ad Deo effectivè, ne possit se movere extra ignem, quod impedimentum est Angelo disconveniens; Et rursus ignis, ut objectum in se existens, & præsens, tanquam causa secunda cum concursu primæ agit intensè in Angeli intellectu immutans ipsum ad sui considerationem intentam, ex quo impeditur intellectus Angelicus, ne obtemperet voluntati Angelicæ intellectum divertere

volenti ad alia objecta consideranda, quod etiam impedimentum detinens, & figens intellectum in ea ignis consideratione, & alius impediens, vel ex toto, vel ex parte, est Angelo disconveniens, Et hoc duplex impedimentum dupliciter quoque est illi disconveniens, nam primum est natura reiect disconveniens, non posse ad placitum uti potentis motiva, & intellectiva: deinde ex actuali nolitione impedimenti, nam Angelus vellet uti suis potentis, & nollet impediri.

Ad confirm. gratis conceditur quilibet doloris, & tristitiæ proprium deberi objectum a consensu, & prius illis: & sicut dolor est in parte sensitiva ex objecto disconveniente, ita est tristitia in parte intellectiva, ut hic docet Doctor, & 3. dist. 5. qu. 1. ex August. 14. de Civit. c. 15. ad tristitiam verò, inquit Doctor, primum requiritur objecti intellectio; secundò nolitio objecti; tertio positio objecti noliti in esse; quartò apprehensio positionis noliti objecti, quibus positus naturaliter sequitur tristitia in voluntate: ex quo deducunt Scotista objecta delectabilia, vel tristabilia ex se radicaliter tantum, & remotè causas esse delectationis, & tristitiæ: formaliter verò, & proximè causam esse apprehensionem, & nolitionem, aut volitionem juxta illud Augustini quod tristitia est deus, quæ nobis nolitione accidit: unde cum objectum forme doloris, & tristitiæ constituitur præterit in tali esse objecti doloriferi, & tristabilis etiam ex D. Thom. qu. 70. additionem per nolitionem, & apprehensionem, & quæ habentur præcise per actionem intentionalem: hinc est quod potius istius actionis censendum est terminus, & effectus, non autem alterius actionis physice præcedentis, & idè bene objicit Doctor sapienter. Quod sola intentionalis actio sufficit ad cavendum dolorem, & sola realis sine intentionali non sufficit: unde calor in corpore impressus, ut præcise est terminus, & effectus actionis calefactivæ, non est sufficiens objectum doloris, quia lignum quantumcumque calefacit, non tamen dolet. Ad ultimum patet ex dictis ad primum, objectum tristitiæ in Dæmonibus esse utique malum aliquid positivum, non tamen qualitatem à Suarez intentam, sed duplicem illam detentionem, & alligationem.

138 Tertio arguit Suarez, & Ariaga non bene explicari penam Dæmonum per alligationem ad ignem, in quo tantum in carcere invitacionatur: nam Patres ibi duo distinguere videntur, scilicet, cruciatum, & alligationem; unde Epulo Luc. 16. non petit pro solatio exire ab eo loco, sed mitigari ejus ardorem dicens, crucior in hac flamma. Tum secundo, quia alius non esset pena ipsorum major illa, quam passi sunt martyres, prout Patres volunt, siquidem plures Martyres passi sunt ab igne combustionem, & cruciatum. Tum tertio, quia alioquin Dæmones, qui ante diem Judicii non detinentur in inferno, sed in aërea regione vagantur, nihil paterentur ab igne. Tum quarto, quia alioquin non esset ipse ignis, qui hoc modo Dæmones torquet, sed Deus esse alligatus ad ignem; sed Scriptura, & Patres dicunt ipsum ignem torquere damnatos. Tum quinto, quia omnes spiritus æqualiter torquentur, cum æqualiter detineantur in uno, & eodem carcere. Tum sexto, quia alioquin post diem Judicii homo damnatus plus pateret quam Lucifer ipse, hic enim solus torquetur alligatione ad ignem, sed homo ratione corporis gravissimos patitur dolores, & cruciatus à nimio ignis calore. Tum septimo, quia pena Purgatorii præterit nequit in tali alligatione consistere, quia anime ille sciunt se brevi inde evasuras, & non apparent, quod magnus sit dolor ibi detineri ad modicum tempus cum certa spe exundi. Tum tandem, quia etiam animæ peccatorum sine baptismo decedentium non minus penam sentis paterentur, quam damnatorum, quia etiam illi alligatæ ad locum illum subterraneum juxta communem sententiam; ergo in eis reperitur tota pena sentis Dæmonum; quorum argumentorum potiora sunt Bassol. 4. dist. 4. qu. 2.

139 Respondet hæc, & similia probare duntaxat ignem non torquere Dæmones per solam alligationem ad locum, & ad hoc præcipue afferuntur à Suarez loc. cit. quod utique verum est, ut constat ex dictis num. 139. & 140. unde præter penam localis detentionis patiuntur quoque penam alligationis objectivæ, quæ longe molestior est, ac etiam combustionem, & ardorem modo ibi explicato, & quidem valde gravius, quam omnes Martyres in hac vita passi fuerint, per quod patet ad primum, & secundum. Ad tertium, in quo præterit vim facit Ariaga, satis constat ex dictis num. 138. quomodo, & Dæmones in hoc sublimari mundo manentes sint, & ipsi igni perpetuo alligati, nec possint, quocumque volunt pergere, sed quantum eis à Deo permittitur, sicut feræ, vel aves funibus alligatæ. Ad quartum negatur assumptum, nam licet à Deo proprio effectivè, quod detineantur ab igne, tamen ad illam detentionem concurrat quoque ignis ipse in genere causæ formalis, ac deinde apprehensus per modum carceris perpetuæ, ac nolitione effectivè causat tristitiam in voluntate vehementem, in qua consistit Dæmonum cruciatus, unde inquit Doctor sub litt. E. quod

quod Angelus non tantum odit detentionem activam Dei, & passivam sui à Deo, sed odit detentionem formalem perpetuam ab illo igne, & cum tristitia sit formaliter cruciatus, sequitur quod ignis ut formaliter detinens, spiritum effectivè cruciat. Ad quintum negat Doctor consequentiam litteram, quamvis enim detentio formalis, equalis sit, apprehensio tamen, & nolitio non est equalis detentio in his, qui magis peccaverunt, & consequenter major tristitia, quam responsum etiam approbat Ariaga, quia etiam de facto in nobis contingit, ut idem malum physicum, v. g. amissio bonorum aut filii gravissimè torqueat unum, & alterum leviter, quia unus fortius apprehendit altero, & idem carcer molestior est magis, vel minus pro varietate gradus, & dignitatis persone, unde molestior vito nobili, & ingenuo, quam plebeo. Ad sextum negatur rursus consequentia eadem de causa, quia potest Deus facile inuere in homine apprehensionem, & nolitionem de alligatione, & calore, & in Angelo utramque intendere de sola alligatione, & ita ut reddim adque omnes hominis dolores, sed & valde sapienter docet. Ad septimum negatur assumptum, ubi tamen addendum est, quod licet detentio ignis tristitia quoque afficit animabus purgatorii quæ est nolitio, non tamen est nolita eodem modo ibi, & inferno, damnati enim illam præterit odio habent, quia est à Deo effectivè, non sic purgantes: sed illis est nolita, quia est contra inclinationem affectionis commodi, secundum quam appetunt liberè uti suis potentis, ac etiam quia sciunt ibi detineri à Deo in penam suorum peccatorum, quod eis valde displicet. Ad octavum non delat, qui in eis pativis etiam penam sentis admittant stentendo tamen commuam sententiam, negandum est assumptum, & præterit quod in eis reperitur tota pena sentis Dæmonum, quia non apprehenduntur objectum disconveniens, nisi amissionem gloriæ celestis, quod solum pertinet ad penam damni, de quo dist. 13. n. 173.

Argumenta contra detentionem objectivam.

140 Quarto ulterius arguit Suarez specialiter contra alligationem objectivam declaratam n. 139. quam diximus esse molestiorem alligatione locali, quatenus per eam impeditur usus potentis intellectus, qui est nobilior motus, hoc enim sine ullo dicitur fundamento, quia Dionysius, & alii Patres dicunt Dæmones esse in intelligendo velocissimos, & ad decipiendum acutissimos, & habere magnam rerum memoriam, & experientiam, per quam non solum præterit recordantur, & præsentia intuentur, sed etiam futura liberrime coniectant; Ex quo aperte colligitur eos habere liberam facultatem ad cogitandum de quocumque re, non obstante pena ignis, nisi alio peculiari modo à Deo impediatur. Confirmatur ratione, quia licet Dæmon necessitatur ad actualem ignis considerationem, & sui miserabilis status, nihilominus illa consideratio etiam vim vehementem, non exhaurit totam capacitem intellectus Angelici, quia est de uno tantum objecto valde particulari, ejus autem capacitas multo universalior est. Rursus, quamvis ex parte aliqua attentio intellectus Dæmonis sit alligata tali objecto, & hoc illi displicet, nihilominus tota illa necessitas non causet vehementem dolorem, qualis reputatur pena ignis, cui sufficientem virtutem, & libertatem relinquit ad cogitandum de aliis. Denique ait Ariaga, quod vehementia cognitionis non torquet spiritum, licet in nobis ob physicam lætionem organæ ratione spirituum vitalium, vel alio ex capite forte aliquid causet molestiam.

141 Respondet, quod licet in Dæmonibus naturalia integra remanserint quoad actum primum, prædicta tamen sunt in plurimis, licet non in omnibus, quoad actum secundum, ut docet idè Dionysius, de divinis nominibus dicens, Mali dicuntur, quod circa naturalem operationem infirmantur, eo quod exciderint, potestque non sint naturæ albus bonis; putandum tamen non est penitentiam impediri per intentam ignis considerationem ab aliarum rerum contemplatione, alioquin nimiam incurritur facturam in suis naturalibus, neque hoc intendit Doctor, sed tantum ait littera L. quod per intensissimam ignis considerationem impeditur intellectus eorum, ne perfectè, & expeditè queant alia considerare objecta pro imperio voluntatis; ut dictum est num. 139. cum enim intellectus quoque Angelicus sit limitatus virtutis, quod vehementius, & intensius unum objectum particulare considerat, eo debilius ad alia potest attendere, licet simpliciter plura considerare possit; poterit igitur intellectus Dæmonis per vehementem ignis considerationem ad perfectè plurimarum rerum cogitatione distrahatur, & impediatur quantum ex natura rei potest unius rei intensissima cogitatio ab aliis rebus perfectè considerandis illum divertere, neque id ultra ratione negari potest in intellectu finito, & limitato; unde quantumvis adiarum Dæmones à Patribus velocissimos, & expeditos in intelligendo quæcumque obiecta, accertum est quod adhuc velocius, & expeditius res alias intelligerent, si à vehementi ignis consideratione non impedirentur, & licet plurima simul cogitent, non tamen ita intense, sicut tartareum ignem; quemadmodum

Mel. In Secunda. Sententia.

enim Beati de nulla re ita intensè considerant, sicut de eorum felicitate, & beatitudine, ita, quoque Dæmones de nulla re ita intensè considerant, sicut de sua summa miseria, per quod patet ad primum, & secundum Suarez. Ad tertium negatur assumptum cum eius probatione, fallum siquidem est adhuc cum vehementi ignis consideratione relinquitur in Dæmonibus sufficientem virtutem, & libertatem ad cogitandum de aliis, sicut ex natura rei exigit nobilissima eorum natura, & indoles; siquidem ex eo impedimento magnum contrahit languorem in suis operationibus, quod caular est summum dolorem, & tristitia in & in tali gradu, qualis reputatur pena ignis. Ad quartum negatur assumptum, quamvis enim ex vehementi alicuius obiecti consideratione non torquentur Dæmones ob physicam alicuius organi læsionem, sicut contingit in nobis; ex eo tamen capite torquentur, quod ex tali intensa consideratione impediuntur, quin perfectè, & expeditè valeant alia objecta considerare pro libito, ut exigit connaturalis perspicacia, & agilitas intellectus eorum.

142 Dices cum Bassol. loc. cit. in potestate Dæmonum est nolle vel non nolle se detineri, & cogitari, igitur nolendo cogitare, non tristabitur, & poterit pro libito ad alia objecta divertere.

Respondet Doctor littera N. quod non est in potestate eorum illud nolle, vel non nolle, cujus causa est actio continua causa superioris agentis ad aliquid uniforme in eis propter demeritum præcedens, ad quod uniforme sequatur uniformiter afflictio eorum; Et propter hoc non potest aliquis remissus nolle, quam modo nolit, quia sicut non est in potestate eius actus ita nec modus actus, & sicut causa superior uniformiter agit ad nolle, propter quod causa inferior non potest differenter agere ab ipsa, ita uniformiter agit ad intentionem hujus nolle: ita Doctor ibi: unde & superior dixerat lit. I. oportere dicere, quod illa detentio in consideratione ignis intentæ, & perpetuæ contra voluntatem Angeli sit effectivè à Deo principaliter, & ab igne activè quidem, sed minus principaliter, alioquin tota virtute activa ignis postea Angelus fuit dimissus post ignem vel aliud corpus indifferenter considerare in eis propter voluntatis: Quare sicut Beati in patria non possunt non frui, & carere libertatis usu, vel exercitio, quia est à causa superiori eorum voluntas præventæ, sed prædeterminatæ ad alterum oppositum nec Deus habet cum ea concursum paratum ad oppositum, ut notat Doctor 4. dist. 49. qu. 6. dico ergo, ita damnati propter eandem causam non possunt non pati; dicendum igitur est dolorem, qui est in Angelis, cum habeat rationem penæ non pendere ab eorum libertate, unde neque apprehensio mali ab ea pendet sine qua ille dolor esse non potest; si enim mali Angeli cessare possent à tali dolore, vel apprehensione, aut nolitione, sine dubio cessarent, ut pena diminueretur.

Ex quo constat quam immeritò Valquez dist. 242. q. 4. Ariaga, & alii Juniores Scoto impingant, quod dixerit 2. dist. 7. qu. 5. Restat nunc, omnino posse Dæmonem suspendere omnes actus suæ voluntatis circa penas, inquit nullum habeat dolorem nihil etiam tale habet ibi Doctor, sed tantum ait, quod atrens natura voluntatis, quatenus est essentialiter libera, non vult Dæmon necessariò male, sed potest omnem actum suspendere quantum est ex se, quo etiam sentit 4. dist. 49. q. 6. cit. ait. Beatos quantum est extrinseca voluntatis libertate posse cessare ab actu fructuosis; & ita explicat Tatarci. ibi dicit inquit, resolutionem Scoti esse istam, quod Angelus malus est in potentia remota ad suspendendam quamlibet volitionem malam, quam habet, sed non in propinqua, quia indiget alia volitione ad suspendendam eam; ad quam Deus non vult concurrere: Et quod hæc fuerit mens ipsius constat ex his quæ habet loc. cit. 4. dist. 44. quæst. 2. ubi conceptis verbis, ac ore rotundo inquit non esse in potestate Dæmonum, scilicet proxima nolle, vel non nolle detineri in igne, tam localiter, quam objectivè, unde sub litt. C. inquit quod Angelus malus habet nolle perpetuo detineri ab igne, & specialiter sub ista ratione existentia divina, vel voluntate divina illic effectivè detinente. Quod rursus repetit dist. 46. qu. 4. Adicis, quod generaliter omne nostrum causat tristitiam, huiusmodi operatio nolita est immediata consideratio ignis, quæ est contra imperium voluntatis volens liberè uti intelligentia sua ad applicandum nunc ad istud obiectum, nunc ad aliud, determinatur autem intelligentia contra illud vel ex semper intensa consideratione ignis, per quod impeditur perfectè consideratio objectorum aliorum, & in eadem quaest. lit. H. inquit, quod sicut intellectus Beati determinatur ad videndam divinam essentiam, ac ea fruendam, ita tamen liberate considerandi alia objecta, & amandi, quorum consideratio, & amor non impedit tale bonum; sic intellectus damnati determinatur ad intense considerandum objectum disconveniens, quia nolium; & imperfectum, quia corporale; & voluntas ad nolendum aliquid positivum in esse, quod est contristativum, & auferit libertas considerandi, & volendi alia, per quæ considerata, & volita potest illa paucis diminui.

Argumenta contra damnationem utramque.

143 Quinto arguitur contra utrumque cruciatum ab igne, quia si pena ignis non est illa, nisi detentio in igne, & contemplatio ignis, sequitur quod aquę Demones possent affligi a lapide ab aqua, & alio quocunque corpore, si detinerent definitivę ab illis, & immutarentur ab illis obiectivę quia ignis non habet in hoc maiorem vim erga spiritus, quam habeant alia corpora; sed ex Scripturis, & Patribus habetur, quod sint damnati ad ignem, ut ab illo particulari aliqua ratione crucientur, qua non possent ab aliis corporibus cruciari, ajunt enim quod ardor cruciabat eos, & non tantum detentio. Hoc argumentum, quod ad Adversarij exegerant, adducitur a Scoto ipso loco citato, licet non solvat, & insuper, ut supra dixi, facit contra Suarez, Joan. de S. Thoma, & alios opinantes ignem a Deo elevatum mediante sua potentia obiectivam causare physicę in spiritibus aliquam qualitatem sedam, & nocivam, vel aggravantem potentias, qua enim ratione hoc posset per ignem facere Deus, tanquam per instrumentum, posset & facere per quodcumque aliquid corpus, unde non esset ulla ratio, ob quam igne potius urentur, quam alii corporibus; quia cum tali qualitate non habet ignis maiorem connexionem, quam alia corpora. Solum autem communiter responderi, quod damnatio Demonum ad ignem provenit ex voluntate divina, non ut per ignem magis cruciarentur, quam posset per alia corpora sed quia videbatur convenientius illos damnare ad eundem locum hominibus, & hominum animas pariter non ob aliam finem determinavit ad ignem nisi quia voluit, ut ipsarum quoque corpora patenter per actionem physicam, & naturalem ignis. Hęc tamen communis responsio satisfacere non videtur quia Demones in aliquo prioris rationis independentem ab hominum cruciati destinati sunt ad penam ignis, ut colligitur ex illo Matth. 25. *Item maledicti in ignem æternum, qui parati sunt Diabolo, & Angelis ignis*, quibus verbis significatur ignem prius paratum esse Daemonibus, quam hominibus, ac independentem ab istorum cruciati.

144 Respondet Faber 4. *diff. 35. c. 4. n. 88.* ex D. Bonav. 4. *diff. 49. p. 2. art. 3. q. 2.* quod ignis & calor eius naturaliter immutat intellectum Demonum, nam cognoscunt ignem efficere caliditatem, & hæc actio est naturalis; supernaturaliter autem ex divina iustitia ordine habetur, quod spiritus & Demones est cognoscant eam caliditatem non posse eis nocere, tamen trepidant timore, ubi non est timor, scilicet, ut ex illa afflictione, quam solent ignis afficit, afficiantur, quasi ipsi tali afflictione cruciari debeant: non est autem contra ordinem naturę, ut spiritus huiusmodi timore trepidant, ubi trepidandum non est, & quod concipiant horrorem illum combustionis in seipsis, licet re vera non comburentur sensibiliter, sed obiectivę, quod probat ex August. 22. de Civ. c. 16. & sic patet, quare in igne potius quam in alio corpore Deus torquet spiritus, quia, scilicet, secundum naturalem actionem est effectus combustionis, quę est effectus dolorosus valde, & proinde apprehensio illius, ut noluit, & tamen positi in esse, cruciat illos; pater etiam quomodo vera sint dicta Patrum afferentium Angelos igne cruciari, & uti verę, utuntur enim non materialiter, sed obiectivę, & per apprehensionem intentionalem. Verum sententia D. Bonav. sic explicata in eam relabi videtur de falsa apprehensione superius refutatã cum enim calor ignis nec nocet nec cruciat possit D. Moni, non potest de vero malo esse timor, sed ex falsa apprehensione, quod supponi videtur, dum dicitur eos *trepidare ubi non est timor*, quibus verbis non bene intellectis in hunc sensum deduxerunt aliqui opinionem S. Doctõris, ut Suarez, Averla; & alii loc. cit.

145 Verum D. Bonav. ab hac opinione de falsa apprehensione longę abest, quandoquidem antequam suam proferat sententiam, hæc de falsa apprehensione ex professo refellit, & concludit, *et edimus, quod pena illa infernalis sit per verę ignis actionem, non per phantasticam imaginationem, & ista repetit, quod ex illa conjunctione vehementer concipit horrorem, ac per hoc dolorem, qui verus est.* Itaque modus dicendi S. Doctõris, si bene perpendatur, omnino coincidit cum illo Scoti, quem declaravi n. 140. inquit enim in corpore quæsiti quod cum ignis agit in compositum ex anima, & corpore, ibi duplex est passio, una est naturalis, & hæc est calefactio corporis; alia animalis, & hæc est immutatio sensus: prima passio est a natura, quia est passio vera ab igne, ut verę agere; secunda passio est ab anima lespiam movente, & ab igne occasione præbente secundum quod dicit Aug. 6. *Mulcitur, sicut ergo postquam reparatur anima, corpus pati potest ab igne passione naturali; quia potest calefieri, & inflamari, & hoc per naturalem potentiam utriusque spiritus pati potest passione animalis, & ab igne præsentis immutari naturalis potentia ignis, & animæ: ista S. Doctõris, hoc est idem quod aiebat Scotus 4. *diff. 44. q. 3. ad questionem*, quod ignis in corpus animati anima sensitiva potest habere duplicem actionem, unam realem, & aliam intentionalem, & unam ab alia se-*

parabilem esse; & intentionalem solum sufficere ad causandum dolorem, realem verõ sine intentionali ad hoc non sufficere: ex quo tandem deducebamus, quod poterit Deus cum igne saltem elevato per modum instrumenti causare passionem intellectus, lem in creatura intellectuali, etiam si non causet præviã passionem sensitivam: ac etiam eisdem rationis cum ea, vel etiam omnino similem, quam patitur anima corpori coniuncta modo ibi declarato n. 140. qua ratione dicebamus verificari, quod ignis agit in animas, & Demones, nedum ut eas detinet localiter, & obiectivę, sed etiam secundum quod ignis urens, & calefaciens quatenus causat in eis talem affectionem spirituales, vel trilitiam, ac tantam: qualem & quãtam causare solet in anima corpori coniuncta, quando ad actionem animalem, & intentionalem præcedit actio physica, & naturalis calefaciendi, ac urendi.

Ex quo tandem deducebamus n. 142. rationem cur potius igne voluerit uti pro cruciari damnatorum, quam aqua, aere, vel alia re creatã; quia nihilum in ordine naturę nullum elementum activius est igne, nec ullum cum tanta criminosã affligit, & cruciat corpus sensitivum, ut ignis: ut hinc constaret penam sensus damnatorum, non esse talem, qualis sequi solet ad alia obiecta nocivã, sed eam determinatę, vel saltem ei similem, qualis sequi solet in anima, cum corpus, cui coniuncta est, aduritur ac tantumdem pati ab igne per solum actionem intentionalem, quantum si huiusmodi coniuncta esset actio physica, & realis adurendi, ac proinde ad insinuantiam quantitatem, & qualitatem penę damnatorum potius Scripturę, & Patres cum omni proprietate dicere, quod aduruntur, & devorantur ab igne. Quando autem dixit S. Doctõr, quod anima refugiat ignis calorem, qui per naturam nocere non potest, & trepidat timore ubi non est timor, hoc divine iustitię est, quę facit etrepidare peccatores immittendo timorem, & horrorem ejus rei, qua per naturam sunt superiores, &c. id planè non in eo sensu dixit, quasi innuere voluerit, quod per falsam apprehensionem totiretor, & afflictione veluti illusoria, nam hoc immediate antea negaverat, sed sensus est, quod timor quidem non est spectato igne naturaliter, sed ut agens naturale, tunc quia potius spiritus actionem materiale ter minare non potest, tunc quia naturaliter ignis non imprimi dolorem in anima per actionem animalem, nisi prius per naturalem imprimat calorem in corpus ei coniunctum; sed trepidat timore spectato igne, veluti instrumento a divina iustitia assumpto ad comburendum, id est, ad imprimendam talem, ac tantam afflictionem, qualis sequi solet in ipsa ex ipsa actione comburendi; & sic divina iustitia facit rebelles spiritus verè trepidare, & timere, ex speciali Dei dispositione, ubi spectato solo ordine naturę nulla profus esset occasio timendi.

Sexto tandem arguit Malonius *diff. 20. s. 2. probans* ignem inferni corporeum verè, & propriè cruciare, & affligere spiritus urendo, non virtute propria, sed ut instrumentum divine iustitię, nam SS. Patres referunt visiones, quod dum morientes in extremo vite agonizarent, exactim passi, rapiebantur ad tartarus cruciatus conspiciendos deinde reviviscerent penas inferorum narrabant, interim in suis corporibus ad pleniorum fidem faciendam veri ignis vestigia tunc accepta ostentantes? unde postea dicunt, vide an sustinere possis ignem nostrum per horam, si non potes, quomodo poteris illum semper sustinere? Deinde probat ratione, quia si in hoc ulla esset implicancia, maxime quia ignis est corporeus, spiritus incorporeus: sed hoc non obstat, quia Angeli de facto tangunt physicę corporeæ per impulsum, dum ea movent ergo è contra per Dei omnipotentiam poterit quoque corpus physicę spiritum tangere. Kurus, anima licet sit spiritus, est verè actus corporis, & patitur a corpore secundum varias corporis affectiones, & hoc naturaliter: ergo poterit saltem supernaturalliter ab alio corpore pati. Tandem sacramenta sunt materialia, & tamen instrumentaliter attingunt gratie productionem, & Ioseph iussit stare solem, & stetit sol, non virtute illius iustionis principaliter, sed tantum instrumentaliter: ergo &c.

Respondet, vel arguens his argumentis intendit probare ignem verè, & propriè cruciare spiritus urendo, quia in eis producat calorem, & ardorem, & sic utiq; probaret, quod cum omni proprietate cruciaret urendo, ac impossibile est talem qualitatem corpoream, & sensibilem recipi in subiecto penitus spirituali, & in corpore, ut est communis terẽ omnium sensus. Vel intendit probare, ignem per modum instrumenti producere in spiritibus qualitatem quandã spiritualem calori equivalentem, ac eis disconvenientem, quemadmodum calor disconvenit corpori sensitivo; & præter alias difficultates supra tactas, quas hic dicen di modis incurrit, non salvat ignem verè, ac propriè cruciare spiritus urendo, quia talis qualitas spiritualis valde improprie diceretur calorem, & ardorem; & præterea cum talis qualitas non maiorem habeat ex natura rei connexionem cum igne, quam cum aqua, & aere, vel terra, non ostenditur cur Deus in cruciati damnatorum igne magis uti voluerit, quam alii corporibus, & cur Scripturę, & Patres potius

potius voluerint pro tormentum ignis significare inferni penas, quam aliorum obiectorum disconvenientium, & affligentium. Quare restat, ut ignis intantum verè, & propriè dicatur cruciare spiritus urendo, in quantum apprehensus, & nolius per solum actionem intentionalem, talem, ac tantum dolorem spirituales in eis producat, quantum producit in anima coniuncta, quando aduritur corpus quod informat, per actionem realem, & naturalem; cum nos doloribus sensibilibus afflicti, summum illum gradum doloris, & penę damnatorum percipere aliter non possumus, quam per cruciatum, qui sequi solet ad actionem aditivam ignis in carne nostra, & hęc tendunt visiones illę a Patribus relatę: alioquin si cum quavis proprietate intelligi debeant, dicere deberent, quod ignis affligat spiritus per impressionem caloris, ac adusionis corporeæ, quod neque arguens concedit. Ad secundum, negatur minor, & ad probationem negatur paritas, quia non tanta repugnantia re-

peritur in hoc, quod Angelus producat, & imprimat qualitatem aliquam corpoream in corpore moto, quanta in hoc, quod corpus producat, & imprimat qualitatem corpoream in spiritu, hic enim currit repugnantia ex parte recipientis, non autem ibi. Ad tertium negatur item paritas, nam sympathia, ratioe cujus anima coniuncta dicitur pati secundum varias corporis affectiones, provenit ex sola unione substantiali cum eo, atque ideo assignari non potest in anima separata, ac in Demonibus. Ad quartum nos dicimus sacramenta, eo quod sunt materialia, esse causas duntaxat morales gratiæ, non autem physicas; & etiam admisso, quod ignis sit causa physica instrumentalis aliquo qualitatibus spiritualis in spiritu, non adhuc per hoc salvatur, quod verè, & propriè illam cruciet urendo; nec ostenditur, cur potius id faciat Deus per ignem, quam per aliud corpus, cum talis qualitas non maiorem habeat ex natura rei connexionem cum eo quam cum cæteris.

DISPUTATIO QUARTA DE HOMINIBVS.

QVÆSTIO PRIMA.

De, & quomodo primi homines fuerint in statu innocentie impassibiles, & immortales.

ARTICULUS PRIMUS.

De duobus exclusis erroribus, deciditur quæstio.

Duo oppositi errores omnino evitandi fuerunt in hoc puncto; primus fuit Pelagij, qui inter alios suos errores dicebat Adam omnino fuisse mortuum, sive peccaret, sive non peccaret, nec mortem fuisse in homine per peccatum inveniendam, quia est defectus naturę; ita refert Augustinus epist. 106. Contra quem error veritas catholica docet homines in statu innocentie fuisse, & futuros esse immortales, nec mortem necessario subituros, si in eo perseverarent; & debitum, seu obligationem moriendi incurrisse per peccatum: quod manifestè colligitur ex illis verbis Genes. 2. *in quocunque die comederis ex eo, morte morieris.* Quod nedum de morte animę spirituali intelligendum est, ut Pelagius agebat, sed etiam corporali, ut deducitur ex aliis verbis Dei Adamo dictis post præcepti transgressionem *in sudore vultus tui vesceris pane, donec revertaris in terram*; unde licet non eadem die mortuus fuerit corporaliter, statim tamen debito, & obligationi moriendi obnoxius fuit quia de Ap. apostolus dixit ad Rom. 5. *per unum hominem peccatum introiit in mundum, & per peccatum mors*, ubi palam explicat comminationem Genes. de morte corporali, quę sine peccato in mundum non intrasset; atque ideo tantquam dogma de fide id determinatum fuit in Concilio Milevis. c. 1. African. 2. can. 1. & 2. Trident. sess. 5. c. 1. & est unanimes omnium Patrum consensus dicentium hominem in statu innocentie ab lege mortis transitu translatum a Deo fuisse post longam annorum cursum ex hac vita terrestri ad cælestem beatitudinem. Hinc ruit Pelagij fundamentum, dum agebat mortem non esse culpę effectum, sed naturę defectum; ita enim mors est naturę defectus, quod divino beneficio corrigebatur, naturam a morte præservando, sed per peccatum amissit homo Dei beneficium, & mortem incurrit; & hoc itum adhuc clarius docetur Sap. cap. 2. *Deus creavit hominem inextremabilem, invidiam autem Diaboli mors intravit in orbem terrarum.*

Alter error è regione præcedenti oppositus, asserit in statu innocentie fuisse a Deo conditum hominem immortalem per naturam, sicut est Angelus, & anima ipsa rationalis; & ita sensisse videtur Michael Bajus Doctõr Lovaniensis in quadam propositione cum aliis damnata a Pio V. in Bulla ex omnibus edita anno 1567. & postea confirmata a Gregorio XIII. & Urbano VIII. quę est *Immortalitas primi hominis non est gratiæ beneficium, sed naturalis conditio*; & fundamentum erat, ut colligitur ex diversis propositionibus in ea Bulla damnatis, quia iustitia originalis, ex qua proveniebat huiusmodi immortalitas, & impassibilitas, erat connaturalis, & debita homini in illo statu, ac per consequens etiam immortalitas ipsa, ac impassibilitas.

At patet veritas catholica docet hominem non fuisse conditum immortalem per naturam, sicut est Angelus, & anima

rationalis, sed tantum divino beneficio gratuito, & ultra statum naturę factum fuisse a morte immunem; ita expressè docuit August. lib. 7. de Genesi ad lit. c. 25. *mortalis erat conditio corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris*, & eodem modo alij Patres loquuntur de immortalitate primorum parentum in statu innocentie: Quod etiam ratione probatur, quia in eo statu erant corpora mixta ex quatuor elementis, & qualitibus contrariis, quę sunt principia naturalis corruptionis, & indigebant alimento ad conservandã vitam: Tum quia primi parentes utique fuerunt ejusdem naturę, & speciei, qua reliqui homines ex ipsis descendentes; ergo si ex natura sua fuissent immortales, & impassibiles, tales etiam forent eorum posterij post peccatum, quia per peccatum non sunt naturali perdidit.

Et hoc est, quod Scotus docet 2. *diff. 19. q. un.* in corpore quęstionis cum D. Bonav. ibidem q. 2. art. 2. & 3. dicens, quod homo in statu innocentie potuit mori, ista tamen potentia non fuisset reducta ad actum, & sic poterat non mori, valde autem inter se differunt non posse mori, & posse non mori, nam in primo negatur potentia ad mori, in secundo vero conceditur potentia tantum ad posse non mori, non tamen negatur potentia ad posse mori: quod totum luculenter significat Aug. loc. cit. cum dixit, primo homini datum esse ut non posset mori, sed ut posset non mori, si vellet; id est, si non peccaret aliquid autem est non posse mori, sicut qualdam naturas immortales creavit Deus; aliud verò posse non mori, secundum quem modum primus homo creatus est immortalis quod ei præstatur de ligno vitę; non de constitutione naturę; unde tandem concludit mortalem fuisse conditionem corporis animalis, immortalem verò beneficio conditoris; si enim corpus animale, utique & mortale, quia & mori poterat, quamvis & immortale, quia & non mori poterat; ita August. cit. quo nihil elegantius dici poterat in hac materia.

Quare, cum dicebatur, immortalitatem fuisse connaturalem, & debitam homini in illo statu, dicendum est naturale posse dupliciter sumi; vel pro eo, quod convenit alicui ex principijs naturę intrinsecis, quo sensu dicimus sensibilitatem esse homini naturalem; vel pro eo, quod a naturitate, vel à principio constitutionis ejus convenit; etiam si non oriatur ex principijs essentialibus illius; hoc igitur tantum secundo modo immortalitas dici potest naturalis homini in eo statu, quatenus à principio suę creationis homini conveniebat, non autem secundo modo, quia non conveniebat ei ex principijs intrinsecis suę naturę, sed ex dono Dei gratiæ; Unde tanto magis adhuc negatur iustitiam originalem fuisse connaturalem hoc modo, ac debitam homini in eo statu, tunc quia creati potuit in statu pure naturę; tunc quod ordinatio in finem supernaturalem gratiosę omnino, & liberaliter a Deo conceditur, cum neque natura Angelica, neque humana aliquid jus ad ipsam habeat; tandem quia non videtur, quomodo immortalitas ad iustitiam originalem proprie spectare possit, quamvis enim fit magna perfectio difficile tamen est declarare, quomodo talis perfectio iustitia originalis vocari possit, ac debeat; neque hæc effectus erat originalis iustitię, ut docet Scot. 2. *diff. 29. q. un. li. C.*

Quoniam verò pluribus modis intelligi potest hoc beneficium & donum immortalitatis fuisse homini communicatum in eo statu; restat illa difficultas, an homo factus fuerit intrinsecè immortalis, nempe per aliquam qualitatem operantiam, qua mors impediretur; an verò per solum Dei mandatum; etiam